Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

269 5424/A

E.xv e
17

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

52728

EX CVRATIONIBVS OBSERVATIONES

QVIBVS VIDERE ETS MORBOS tutò citò & iucundè posse debellari: si præcipuè Galenicis præceptis Chymica remedia veniant subsidio.

Auctore PAVLO RENEALMO Blæsensi Doctore Medico.

PARISIIS,
Apud ADRIANVM BEYS, via Iacobæa.

M. DC. VI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

PRÆFATIO

SI duo Medicinæ lumina Hippocrates & Galenus ad vitam reuocati nostro sole fruerentur, quanta mutilatione deformem, quanta spurcitie contaminatam viderent artem, in cuius illustrationem tot tantosque labores contulêre: nonne tam detestanda persona laruatam intuerentur, vt tanquam sibi incognitam spernerent, aut illius a splendore suo delapsæ misererentur? Suis enim temporibus ad exactam morborum cognitionem accedebat accommodatissimorum remediorum vsus, ad quem summo studio amplectendum medicæ artis studiosos inuitarunt Hipp. ἔστω δὲ σοι εὐμνημονευτὰ φάρμακά τε, καὶ δυνάμιες ἁπλαὶ, καὶ ἀναγεγραμμέναι, εἴπερ ἐστὶν ἐν νόσῳ καὶ τὰ περὶ ἰνούσων ἰήσιος καὶ οἱ περὶ τούτων τρόποι, ὁσαχῶς καὶ ὃν τρόπον περὶ ἑκάστων ἔχουσιν. αὐτὴ γὰρ ἀρχὴ καὶ μέσα καὶ τέλος *Quoties inculcat Galenus*

oportere Medicos γνῶναι τὴν ὕλην τῶν φαρ-
μάκων, αὐτόπτας αὐτῆς γενομένους οὐχ ἅπαξ
ἢ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις. *neque hoc tantorun vi-
rorum auctoritate ſolum innititur, verum
etiam ratione, fruſtra enim Medicus elegan-
ter diſſerit de morborum curatione, ſi remedia
non adhibuerit idonea,* ὑφ᾽ ὧν, ἢ δι᾽ ὧν γίνεται
τὸ τέλος. *quod ſi quis non poßit aſſequi, me-
rito eſt explodendus, vt circulatore minoris
faciendus. Quapropter Antiquitas ſummo
ſtudio, indefeſſoque animo excoluit medicæ ar-
tis partem, quæ in medicamentorum cognitio-
ne, & fideli præparatione verſatur. Hipp.* προ-
κατασκευάσθω δὲ καὶ μαλαγμάτων γένεα
πρὸς τὰς ἑκάστων χρήσιας, ποτήματα τέμ-
νειν δυνάμενα ἐξ ἀναγραφῆς ἐσκευασμένα
πρὸς τὰ γενέα, προητοιμάσθω δὲ καὶ τὰ
πρὸς φαρμακεῖτω εἰς τὰς καθαρσίας εἰλη-
μμένα ἀπὸ τόπων τῶν καθηκόντων *non dißimi-
le Galen.* τοὺς δ᾽ ἑταίρους προτρέπω καὶ κατὰ
τοῦτο μιμήσασθαί με, βουλομένους γε καλῶς ἐργά-
ζεσθαι τὰ τῆς τέχνης ἔργα. γιγνώσκετε γὰρ ὅπως
ἐξ ἑκάστου τῶν ἐθνῶν τὰ κάλλιστά μοι διακο-
μίζεται καθ᾽ ἕκαστους ἔτος τὰ φάρμακα.
Quis ignorat illum ad exteras gentes profe-

ctum, vt αὐτόπτης esset medicamentorum simplicium? quia myropolæ, seu rhopopolæ Medicis vel exercitatissimis, non satis astute sibi cauentibus imponebant. Quot dolos hac in re multis ante Galenum annis, detexit Dioscorides? Itaque etiam si seruos admiserint antiqui in radicibus euellendis, cataplasmatis admouendis, clysteribus inÿciendis, nunquam tamen delectui medicamentorum aciem intendere, eorumque compositioni manum admouere dedignati rapuerunt in sui admirationem omnium animos. Nil potuit diuinius Mithridatica, & Theriaca antidotis excogitari? Quas vires Hiera Pacij obtinebat, vt refert Scribonius? Quas emplastrum dia chalciteos, vt legimus apud Galenum? Infinita prope ab antiquis alia summis extolluntur laudibus, quæ hodie, si effectus cognoueris, ne flocci quidem facienda iudicabis. fabulam ideo ne putes quod tanti viri scriptum nobis reliquerunt; at potius tecum reputa ignauiam nostram accusari debere: Dum enim cognitionem medicamentorum, præparationem, & administrationem alijs committimus, nil in arte nostra possumus obseruare certi, nil præstare boni. Si quidem ex quo tempo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

re pharmacia fuit a Medicis neglecta, in peius omnia ruere; inuecta pro veris ſuccedanea, tandemque pro ſuccedaneis quæ Pharmacopæus, aut eius ſerui nobis intrudunt ſolo nomine ſeruato: Vbi lignum aloes, Xylobalſamum, Elleborus niger? vbi balſamum, opium, myrrha, & ſexcenta alia, quæ antiquitas tanti faciebat? ab illis emendis deſtiterunt Pharmacopæi, quod pluris quam ſuccedanea venderentur: nec mirum; non enim illorum intereſt curari ægrotos, ſed tantum in diurna referre magnum quotidie pecuniæ numerum. Eruerit Medicus ex antiquorum monumentis, aut recentiorum obſeruationibus præſtantiſſimum ad alicuius morbi profligationem remedium; conficiendi formula mittatur ad Pharmacopæum, hic alia cogitans rem committet ſeruo vel ignariſſimo, forſitan & ſeruus de alijs ſollicitus, huiuſce præparandi curam demandabit ancillæ; quocunque tamen modo compoſiti medicamenti pretium in aduerſarijs ſedulo inſcribitur: Si vero exhibitum nocuerit Pharmacopæus ſoluitur crimine, ſe enim profitebitur ex præſcripto Medici exactiſſimè confeciſſe, quanuis ne manum quidem admouerit, ne ſimplex vllum, ex qui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

bus componendum erat, nouerit aut inspexerit; culpa in Medicum reijcitur: Sic istis ægri vitam, Medici famam periculo impune licet subijcere. Non ita diu vidimus Principem ab hausto pharmaco interfectum; fuerat a doctissimo Medico appositißimè præscripta formula, & ad Pharmacopolum delata, qui intentus ludo, curam dat illius conficiendi seruo, hic & ad alia transferens animum de componendo ne cogitauit quidem: Ecce postridie mane exigitur potio: Seruus, ne officij sui partes vllæ desiderarentur, alteram exhibet ex Elleboro nigro, & alijs pro quartanario confectam, & ab eodem pridie recusatam, quæ eo ipso die quo assumpta est, Principem de medio sustulit: primus omnium Pharmacopæus in Medicum linguæ suæ virus euomuit. Quanta ægrotantium pernicie, quanto Medicæ dignitatis detrimento receßimus a Galeni præceptis, quibus monemur, ne alijs conficienda medicamenta committamus. Apud antiquos vilioribus in artis operibus seruiebant Medicis, qui nunc sunt Pharmacopæi: hodie vero tanta valent apud omnes auctoritate, vt ex illorum sermone pendeat Medici commendatio: frustra tot annos in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

artem ſuam contulerit, fruſtra calluerit quæ ex morborum profligatione ſplendorem nominis afferre poſſunt, niſi Pharmacopæorum gratiam ſeruilibus obſequijs emendicarit, aut pacto cum illis pretio, inſtar prædatorum, emerit, ſarcinas colligat oportet, vel importuniſſimas calumnias ſibi tolerandas ſtatuat. De his expertus loquor; annus agitur nonus ex quo patriam repetij, vt laborum metam; ſeptimus ex quo Pharmacopæi, malis artibus exercita ingenia (loquor de illis qui eò proruperunt inſolentiæ) meo nomini varias ſtruxerunt inſidias; tandemque maligna conſpiratione cauerunt ne quis me de morbis conſuleret; ad illos enim res primum defertur, ipſi ad Medicum ſibi ſuffragantem properant: ſi quis pertinaciter meum expoſtulet conſilium, ementitis illico ſermonibus diſſuadetur. Quid facerem? multum diuque cogitanti, qua ratione me ab iſta tyrãnide vindicarem, nil viſum eſt expeditius, quam ſi ex antiquorum lege aliqua ipſe conficerem medicamenta: Vnum obſtabat, ſcilicet Pharmacop. priuilegia non ita diu a Chriſtianiſſimis Regibus conceſſa, & confirmata. Publicæ vtilitatis nomine multa prætexuntur flagitia! poſſe a Medico ve-

nenum pro medicamento exhiberi putarunt quidam, ideoque melius futurum ſi Medicus præſcriberet, Pharmacop. conficeret: at vtri potius fidendum? Pharmacopœo ne, qui vt plurimum ignarus ſoli inhiat lucro, quique ſe poteſt crimine ſoluere, & in Medicum transferre; an Medico, cuius animus litteris imbutus, Philoſophia expolitus nil niſi diuina ſpirare poteſt? cui denique ſoli omnia facta ſunt præſtanda? Quia tamen ita receptum videtur vt miropolæ; ſeu pharmacopæi medicamenta componant; illos iudicaui negotium mihi quodam iuris vmbraculo faceſſuros, ſi quod ſuæ artis eſſe putant aggrederer; aliquid igitur noui in commoda publica fuit excogitandum: Comperio tandem nil in arte noſtra optatius eſſe, quã ſi quælibet medicamenta exhiberentur tanta cum facilitate, vt ea faſtidioſiſsimum palatum non reſpueret: ad id me ſtimulabat, fons vberrimus doctrinæ Galenus qui vult nos φεύγειν ὕλας φαρμακῶν ἄγαν ἀηδῆ δυνάμεις ἐχούσας. *alterantium & incidentium ſine iniucundo ſapore ſuppetebat paßim ampliſsima ſeges, at purgantium, etſi maxima vbique copia, nihilominus pauca videbam, quæ ſuapte natura nonnihil*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

præ ſe ferrent horrendi ſaporis; eaque non omnes humores purgare, ſed quoſdam ſolummodo, nec ſine corporis diſpendio. Ergo vnum mihi præſtandum fuit, vt a purgantibus quod eſſet moleſtum tollerem. Id fieri poſſe ratio dictitabat; Illa enim tribus modis moleſtiam nobis afferunt, aut mole, aut triſti horrendoque ſapore, aut violentia. molem imminues, ſi ſubſtantiam, cui inſidet facultas quam requiris, ab alijs ſepares. quodlibet enim miſtum duobus conſtat, craſſamento nobis inutili, & humido primigenio, cui inſident rerum vires; hocque recentiores deprehenderunt non ſimplex quid, ſed ex tribus compoſitum ſubſtantijs: prima eſt aquea, & volatilis, ſecunda oleaginoſa, tertia naturam ſalis refert, ideoque mercurium, ſulfur, & ſalem nominarunt, atque in illis aut ſingulis, aut coniunctis præcipuas rerum vires ineſſe tam aperte demonſtrarunt, vt nil refragari poſſe comperias: at dices illa calore artificiali explorantur. Eſto. quod natura per ſe negat, cur artificio quærere non audebimus? Cur hominibus ratiocinationem largitus eſt ſummus rerum Creator? Nec antiquorum caremus exemplis. Gal. ὅτι τὸ γάλα ἀλλοιοῦται, καὶ ὅτι μὲν

διττὴν ἔχει τὴν ἀλλοίωσιν. ὅταν μὲν ὁμιλεῖ πλείονι, θερμασίᾳ κνισούμενον εὐθέως. ὅταν δ' ὀλίγῃ ταχέως ὀξυνόμενον. ἔνεστι μὲν κατανοῆσαι τοῦτο ἐπὶ πυρὸς ἕψοντι παραχρῆμα μετὰ τὴν τιτθῶν ἐκπεσεῖν αὐτὸ. *vides vt agnoſcit in lactis natura exploranda analogiam inter ignem, & calorem noſtrum? quidni & in alijs rebus hoc fieri debere contendemus? Antiqui ferendi ſunt etſi impie philoſophantes, qui omnes omnium rerum vires (paucis exceptis) quatuor elementis tribuerunt; non enim fuerant edocti omnia ex nihilo Deum creaſſe, creatis ſine elementorum miniſterio, ſed ſolo verbo, ſumma in genus humanum miſericordia, vires huic, aut illi ſubſtantiæ indidiſſe. Separatis igitur ſuperfluis, quod reliquum eſt minori in mole maiores, & liberiores obtinet vires. At vt moles ſeparatione ſuperflui minor euadit, ſic & violentia, ſecretione rei, quæ illam infert, euaneſcit; ſiquidem rariſſimè contingit (tanta eſt Dei miſericordia) vt cum ſubſtantia purgante puræ iunctum animaduertas quid violentum. Tertium ſupererat, vt ſaporem nimis horrendum corrigerem: Id fieri poſſe mihi videbatur, quod plurima conſiderabam purgantia inter ſe diſ-*

crepantia ſapore, multa prorſus inſipida, nec eoſdem humores purgantia: unde colligebam hunc vel illum ſaporem ad medicamenti vim purgatricem nil afferre, ipſo igitur ſeparato poſſe hanc ſeruari integram. Sed qua ratione ad illud peruenirem, diu multumque dubitaui, nec vnquam irrita opera me ab inſtituto deterruit, eoque ardentiori ſtudio incendebar, quo longius a ſcopo me erraſſe cognoſcebam. Laboribus tandem diuina benignitas aſpirauit; medicamenta purgantia conſequutus ſum, qualia inueſtigabam, cholagogum, phlegmagogum, melanagogum, & deijciendis omnibus humoribus idoneum, (panaceam libuit nominare) Emeticum præterea, quod vomitum excitat, Stomachicum, quod quidem vomitum ciet, ſed robur afflat ventriculo, febrifugum cuius ope febres intermittentes vnico die, vt plurimum, profligo, peſtiferoſque humores expello; quæ omnia, quem libuerit ſaporem, odoremque induunt, & mole quam minima vel inſciјs ægrotantibus poſſunt exhiberi. Habeo & alia quæ mihi fuere a viris doctis communicata. Ita denique me ad medicinam comparaui, vt ſine vllo ægrotantium faſtidio quælibet medicamen-

ta præbere poßim. Neque hac in re, vt Pharmacopolistarum Medicorum grex balat ignarus, a Galenica doctrina deficio: audiant illius auream plane ſententiam, ἐπὶ τῶν καταπινομένων φαρμάκων στοχάζεσθαι χρὴ μάλιστα τῆς προσφερομένων αὐτὰ φύσεως, τὸ γὰρ ἀηδῶς ληφθὲν ἀνατρέπεται τὸν στόμαχον. *Itaque cum in limine tantas ciat turbas, quomodo putas naturam ad penetralia noſtri corporis admiſſuram? immo tanta irritatione illud exturbabit, vt inde nil niſi ex accidenti adeptura ſit commodi. Iam audio obijcientes aliquos, Medicum non ſine periculo a vulgaribus remedijs recedere poſſe. Vtinam eo ſtudio doctißima Galeni ſcripta euoluerent, quo ſumma cum oſtentatione illius nomen in ore verſant! Didiciſſent quod* ὅγε τὴν δύναμιν, ἣν καθ᾽ ὅλου καλοῦσι (οἱ παλαιοί) ἐπιστάμενος, ἐν ᾗπερ ἂν ὕλῃ ταύτην εὑρίσκοι θαρρῶν ἐκείνῃ χρῆται. *at ne forſan in particularibus decipiatur, vires in ſeipſo experiri debet, quod Geſnerus factitauit, eiuſque exemplo, quæcunque aut alijs præbeo, vel ſumenda præſcribo, primus ego ſumere volui. Itaque dum poſtea medicinæ ponderibus meam, & ægrotantis naturam &* διάθεσιν *examino, certò intelli-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

gere possum, quid ex medicamenti effectu pendeat. Sicque non vulgari tantum, sed & excellentiori modo præparatis vtor intrepidè. Hac ratione aliquantisper ab inuidorum insidijs mihi respirare videbar, cum agmine facto ad virulentum redeunt vomitum, vulgique in deteriora propensione abutuntur ad calumnias: modo meis medicamentis hunc interfectum obganniebant, qui tamen incolumitatem suam paulò post mihi acceptam referebat; mentem illi emotam, quibusdam exuri corpus præ incogniti medicamenti nimio calore mentiebantur: Istis scioli nescio qui magno applausu assentientes, ratiunculas quasdam cornicabantur: scilicet eo magis suspecta esse medicamenta ob suam vehementiam, quod tam parua in mole præberi possent. Νήπιοι! *non vident vehementiam medicamentorum ex effectis iudicari debere, non ex mole: Exempli gratia, si grana xv panaceæ sine vlla corporis agitatione, laudatiorem purgationem perficiant, quam Catholici drachmæ sex, cur maiorem illi quam huic vehementiam inesse dicunt? Effutiunt præterea mineralia esse oportere, quæ tam parua in mole tantos ederent effectus, eóque nomi-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ne esse vitanda, tanquam venenata. O ignarum pecus! quid? ipsis pecudibus de re herbaria gens inconsultior! Si libros legeretis doctissimorum virorum, qui de stirpium facultatibus quotidie scribunt, si immensos naturæ thesauros pedibus calcatos, vt officium Medici postulat, exploraretis, vestras ineptias vosmet ipsi agnosceretis. quo feror? ignoscendum: vestra enim ingenia lucri spe incapistrata Pharmacopæi in angustissimo paucarum pyxidum septo ita stabularunt, vt vlterius expatiari non detur, nec ideo vlterius sapere audeatis. Sed & mineralibus vtor, quidni? Deus ne aliquid creauit in hominis perniciem? at Homo propter peccatum dignus fuit qui morborum perniciosissimorum præstantissima remedia in visceribus terræ quærere cogeretur, quæsitis non omnibus nisi multo labore, magnaque industria præparatis vti posset. Mineralibus in medicina locum assignauit Galenus; etsi in illorum viribus perquirendis maior elucescat Dioscoridis sagacitas: recentioresque in illorum tractatione splendorem antiquorum perstrinxerunt fulmineis suis ignibus: ardentissimis enim illorum laboribus compertum est mineralia ad-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

uersus indomitos morbos mirandis pollere viribus: & vt cetera omittam, quantopere commendari debet balsamum sulfuris ad cutaneos affectus, & vlcera tam interna, quam externa, eiusdem spiritus acidus ad humorum putredinem corrigendam? oleum vitrioli ab ære extracti ad sitim, & obstructiones tollendas? E stibio sudorificum elicitur præstantissimum ad febres præsertim pestilentes, cuius ego animi caussa drachmam vnam sumpsi in vino albo, nullo subsequente incommodo, immo benigno quodam calore ventriculum primo recreauit, deinde, quod me domi continere per negotia non liceret, magnam vrinarum copiam elicuit. At mineralia quædam sunt venenata, fateor, illisque non vtendum iudico nisi correxeris, non quidem additione contrarij, sed noxij detractione, quam magis probandam ratio dictitat, experientia confirmat. Necessarium porro in medicina vsum esse mineralium, non negabit quicunque contraria contrarijs expugnanda intelliget: nam cum debeant esse contraria sub eodem genere, nonne mineralibus medicamentis debellandæ sunt mine-

rales

rales morborum cauſſæ? at tales eſſe quis inficietur, niſi Galenicæ doctrinæ ignarus? ὥσπερ (inquit) καὶ ᾧ νεανίσκῳ τὸν ἰὸν ἐμέσαντι, βελτίον γὰρ ἰὸν οὐκ ἰώδη τὸν ἔμετον ὀνομάζειν ἐκεῖνον, ἐπείδη περ οἷος ἀκριβὴς ἰὸς ὀνομαζόμενος εὐανθέστατος. Humor ille noſtro in corpore generatus, niſi validiſſima fuerit natura, imbellibus medicamentis, vt pote vegetabilibus non poterit e ſedibus deturbari, tandemque toti ſanguinis maſſæ, cum malignitatis ſuæ characterem impreſſerit, eorum morborum genus inuehet, in quibus virulenti aliquid ineſſe dicimus, ne ἄγαν ἀεργοὶ in rerum naturalium inueſtigatione videamur. Si ergo vtar interdum mineralibus, quid tantum merui? at non ſolum rationibus, ſed & exemplis demonſtrabo me nil niſi ex arte facere. Atque vt tandem calumniarum maculas à Pharmacopœis, illorumque aſſeclis meo nomini aſperſas poßim eluere, has ex curationibus obſeruationes prælo commiſi. Vt autem calumniatores mutua inter ſeſe Diophontea contabeſcant inuidia, omneſque alij intelligant quam laudanda methodo, quan-

to animi candore , quantoque & temporis, & ſumptuum compendio curationes morborum aggrediar , & ſi fieri poteſt , perficiam; eorum quibus medicamenta dedi nomen aſcripſi. Si cui ſuſpecta ſint a me ſcripta , illos adeat , ſciſcitetur , nil aliter ſe habere comperiet , & forſan multo maiora intelliget.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

STVRNVS SIVE AVGVrium Medicinæ recens ab Arabe Lutetiæ compertum.

AD VIRVM ERVDITIOREM Paulum Renealmum Blæſenſem Medicum ſolertiſſimum.

ALme renaſcentes paulò fœlicius artes
Reſque ſolo medicas qui meliore colis,
Deſerta ignauis purgans à vepribus arua
Sparſa diu nimio quæ iacuere ſitu;
Siccine ab inuidia cæcis ſubeunte latebris
Ingenij comptum dilaceretur opus:
Vt, donec ſtirpes ſalubri ſcrutaris in horto,
Sis pœne occultis obrutus inſidijs?
Sed vaſtis potius ſentes vellantur ab agris,
Quam dira ex animis hoſtibus iſta lues:
Læua adeo, fallax, & torua calumnia, recto
Cum ſtudio pugnat vix ſuperante dolos.
Hos inter ſtructus Pariſina nuper in vrbe
Exemplo vafræ calliditatis erit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Quod licet ignoret vulgus; sat noscere poßint
Lumine qui mentis lucidiore vident.
Cum Chymica humanis affectibus arte paratos
A te boletos obtinuisset Arabs,
(Sana ô mente virum, Medicumque sagacem!)
Exploraturus dat medicamen aui.
Solertem miror, fuerant quæ singula nobis
Pharmaca, qui sturno cuncta voranda dedit.
Forsitan e tenui profuso sanguine vena
Mens fuit, & fatuo vas onerare triplex.
At quid per volucrum ridenda exempla cuculus
Quærit inops homines composuisse feris?
Carnibus accipiter moritur, quũ vescitur aßis:
A coctis ne ideo terreat vllus herum?
Et contra, an gallis quia præbet aranea pastus,
Cuilibet impunè sit comedenda viro?
Sic, tanquam morbi ratio, nec habenda sit ægri,
De se, de coruo, de sue censet idem.
Horrendum medici portentum format, amicæ
Naturæ auxilio creditus esse cliens.
Humano capiti vitulinum pectus, & anguem
Iungit aui, toruis tigribus æquat oues.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Nec turdi internos posito discrimine, crimen,
Hincque reum defert te, Renealme, necis.
Occidit infælix, & morte loquacior ales
Efficit vt vulgus garriat inde frequens.
Hinc multa effundens conuicia, probra latenteis
Crebrior in pilulas pharmacopola vomit.
Nec tu miranda in morbis virtute fugandis
Tot bolos condis, quot Sycophanta dolos.
Turba nouos spernens, vsusque ignara medẽdi,
Quod Chymici præstant exitiale putat.
Scilicet ingenij male fidens viribus, hęret,
Arduaque horrescit per iuga ferre gradũ.
Et meritò, nec enim, nisi docto cui viget acre
Iudicium, cuiquam scandere celsa licet.
Abdita scrutentur Naturæ arcana ministri,
Queis satis est faueat dũmodo vulgus iners.
His longè ignaros à sacris arcet Apollo,
Nec datur Empyricas hæc temerare manus.
Calleat expertus veterum præcepta, recentis
Artis ab inuento qui noua quæque petit.
Sic noua si qua petis, petis à maioribus orta:
Forma recens quippe est, materiesque vetus.
Errant qui duci qua fert ea semita nolunt,
Cæcorum dubio sit quasi trita pede:
Nosti radice è salubri quæ pocula manant,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Quæ fata ex astris, orta metalla solo.
Scis quibus intextum corpus compagibus extat,
Qui nerui interno vimine membra mouent,
Qualibus arterijs vigeant, venisque rigentur,
Et quod pars proprium singula munus obit.
Qualiter affectæ medeatur, quæ mala morbos,
Mentita specie dissimulare solent.
Nec tibi, si fucum faciant, imponere possint:
Doctrina tantum, iudicioque vales.
Cum Latia musam tibi iunxit Apollo Pelasgã,
Vt medicæ optatum sterneret artis iter.
His ducibus patrios superas per deuia monteis,
Galeni vnde tui prospiciantur opes.
Te Natura suis puerum præfecerat aruis,
Solueret vt Medico fænora cultus ager.
Hæc tua, nostra forent, votis nisi liuor obesset,
Quod tamen officij munere ductus agis.
Nota Dioscoridis legis ad vestigia plantas,
Et terræ incumbens munera picta colis.
At sæpe (vt Vates docuit) latet anguis in herba:
Hinc pueri fugiant, qui canit arua monet.
Tutius accedat quicunque à gramine flores,
Fragaue dignoscens pastor ab angue, legit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Tutus & Hippocratis noto cum tramite pergas,
Amplior vt stricto calle petatur honos:
Macte vir ingenio, & veterum monimenta reuoluens,
Arte salutifera prisca reconde nouis.
Deductos tepidis sudores augeat vrnis
Sol, sabulum, lampas, pruna, fauilla, fimus.
Sit tibi pro gemmis, gemma pretiosior omni
Pendula nasuto stiria vase micans:
Nam procul exulet ars, aut, si retinenda necesse est
Doctior hanc vigili sedulitate colat.
Quo magis ancipiti fuerint metuenda periclo,
Committi insanis hôc minus arma sinas.
Ignea sunt, fateor, nec adhuc communia dextris,
Plura mali tamen his agmina victa vides.
Parcite vos Medici quos fœta Lutetia morbis
Assiduo cursu cogit arare vias.
Absit vt ad pigros cineres stillante liquore,
Quæstibus ereptis, otia parca fluant.
Mutua laudis erunt vobis, ac præmia lucri,
Vos modo ceu comites Pharmacopola probet.
Sufficit ægrotis pistillo trita parentur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Dum carus parto, mulsa fit ære, latex.
Pergite vos alij, summæ quos cura medelæ
Fama inter celebres nobiliore vehit.
Ignea mens huminum cœlo ad sublimia fertur,
Ros etiam Danaës aureus vnde cadit.
AEgroti hinc valeant: num carior vlla salute
Sit res, aut studio quo reparanda salus?
Haut tamen à trito proauiti dogmatis vsu
Se temere abducant suadeo pragmaticis.
At velut e dapibus succus sit vt aptior ægris
Exprimitur stomachis, non variante cibo:
Pharmaca sic eadem, ne fastidita repellat
Nausea, diuersis sunt adhibenda modis.
Si qua ex horrenti diducunt guttura rictu,
Clausa licet, vomitis asperiora manent.
Quæ magis insipidos referunt fallentia gustus
In faciles bolos sumere versa potes.
Hæc forma infanti, prægnantibus ista puellis
Tutior, & molleis iuuerit ipsa procos.
Ima subire paras? incidere viscida præstant
Hæc quæ pura suæ pharmaca fæcis erunt.
Hausto vulgari in potu quod craßius hæret,
Ipsa Salus denos ægra sit inde dies.
Pectoribus validis confert tamen vsque moratus,

Prorumpens demum perfluat ora licet.
Denique, sint, Medicis quæ præscribuntur, eadẽ
Natura quamuis, arte nouata iuuant.
Artificum dextræ inuentis fabrilibus addunt;
Quisque suum solers dũ magis ornat opus.
Sola notans Medicos incuria muneris, artes
Dotibus augendas sic iacuisse ferat?
Quid memorem nostris, quondam non cognita, sæclis,
Ingenij paßim quæ monimenta vides?
Machina testis erit quæ in motus versa loquaceis
Personat, atque æqua tempora signat acu.
Nec minus hac celebris varios quæ pyxide tractus
Colligit, & sparsas dirigit arte rates.
An resonem sclopos mortalia fulmina terris,
Ipsi cum toto grandius orbe tonent?
Nũm te qui argentum mixto secernis ab auro,
Prisca liquor violans fœdera, iure canam?
Ars noua cõpositis legitur quæ pagina formis,
Huc ades, vt victas det tibi scriba manus.
Plurima prætereo rerum miracula, quouis
Tempore queis auctor principiumque fuit:
Viuida mens adeò maiora exquirit in horas:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Nec veterum gyro se cohibere poteſt!
Inuenere Patres, medicataque pocula nati:
Nullaque plus annis, quàm ratione valent.
Quum mens hac conſtet: quæ corpora mente reguntur
Se melius cura ſub rationis habent:
Vt reliqua attendas, magis hanc perpende, vocatus
Quicunque ægrotis auxiliator ades.
Tuque a venali ducens medicamine nomen,
Qui vere ex facto Pharmacopæus eris:
(Namque ipſe Archigenas præ veſtris noſſe peritos,
Inuidior quamuis, vel fateatur Arabs.)
Vt rebus famam extendas ex arte peractis,
A Chymicis oriens fac tibi creſcat honor.
Nec tantum manibus tribuas, dextroque labori,
Vt mentis ſpernas nobilioris opus:
Conſule præſtantes Medicos, peragenda libellis
Qui tibi præſcribant ordine quæque ſuo.
Si quid obeſſe putas, blando ſermone recenſe;
Vt res illorum ſit rata conſilijs.
Nec te audax dede infirmis, niſi præuia morbi
Monſtret in obſcuris certa Sibylla viam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Hac duce tartareis homines reuocantur ab umbris:
Et solis Phœbi vatibus ista licent.
Non quibus ignarum, volucris per funera, vulgus
Mens est mendaci ludere aruspicio.
Doctior euades doctorum iussa capessens,
Quam proprij fidens viribus ingenij:
Illorum scripto, ceu præuolitante columba,
Aurea, pro ramo, est ipsa petenda salus,
Siue latens per opaca, patens vel aperta viarum,
Nostras cum priscis parta recondat opes.
Conferat hic curas seniorum fulta iuuentus
Præsidijs, medicæ dum viget artis amor:
Ne tantis certans natura obsessa periclis
Victa ruat, nusquam viribus aucta nouis.
Vt varijs hominum premitur genus vndique morbis,
Cur & multiplici non releuetur ope?
Talibus a cœptis fallax ne auertat hic Augur,
Cui sua iam trepido dira minatur auis.

M. F.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

DE LITE IN CHYMICOS
Epigrámma

VT Chymici exilio damnentur plurimus instat,
Tot noua miſcentes artibus ante bonis.
Cunctantur Medici, compellunt Pharmacopolæ,
Res quia non priſco more queruntur agi.
Illi arteis laudant, audent hi temnere duras,
Dum faciles quæſtus non ſatis eſſe ſinunt:
Non quod recta neget quiſquam præcepta nec vſus;
Sed ne ſit Tiro, qui Veteranus erat.
At videant quantis foret hæc proſcriptio dãnis,
Quæ tam præſtantes pellat ab vrbe viros:
Ne ſi nempe reis aqua & interdicitur igni;
Ignibus illorum ſeu careamus aquis.
Quid delatores praui contenditis vltra,
Cum Themis inſonteis protegat ipſa reos?
Inſiſtunt medico certamine dogmatis, at vos
Doctrinæ ratio non domat vlla rudeis.
Et ſi Colluctans (adeo gens improba perſtas)
Hippocrates fuerit, vix erit Onocrates.

M. F.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

De eadem, alterum

IN sibi præscriptos Medico a doctore libellos
Litigat, & causa Pharmacopola cadit.
Aequa tamen varias renouat sententia lites,
In iustamque audax amanuensis ait.
Nam quidni, in Medicos exemplo Pharmacopolæ,
Iudicis in leges scriba minister agat?
Sic, quæsitorum fortasse & iussa recusans,
Iustitiæ tortor dicat inesse dolos.

IN INVIDVM CVM ANAgrammatismo auctoris, Epigramma.

Paulus Renealmus Blæsensis.
En es a malis pluressubleuans.

LIuidus inuideat quantum velit, & tua damnet
Pharmaca quæ morbis o Renealme paras.
Dum bene sis animo, bene dum sis corpore semper;
Et tua, quæ nescit, pharmaca tuta iuuent,
Inuidus alterius macrescat rebus opimis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Qui te rodit eum sic quoque liuor edat
Quod se neglecto coleris, quod mille per ora
Hæc de te Medico splendida fama volat.
En es a malis plures subleuans.
S. Dhor.procogn.Reg.Blæs.

Al Arabũ fæces, malesuadi, Pharmacopolæ,
Et quædam steriles animæ (quas improba lucri
Spes agit, atque fides nostro violata pudore
Dat temerare gradum, Coi quẽ sancta propago
Virtutis summæ prætio sibi quærit, habetque)
Bella ciêre, dicamque tibi dixêre, nec vltra
Sufficiunt, nisi quod vanis obstare medelis
Diceris, atque nouas in morbos ducere restes.
Macte animo, neque te fallacis inertia linguæ
Terreat, aut Chimicos vetet exercere labores:
Imbre salutifero communes stillet in vsus
Ἄμβικος *exigui rostrum, cœlesteque manna*
Depluat intorto flammata Ciconia collo.
Ars noua, sed facilis, sed quæ nouitate Galenum
Vindicet occiduum Mesue post limina Mauri.
Naturæ imperio medicas vt concipis artes.,
Solertem quæris logicæ coniungere praxim,
Et meliore manu verbosæ obtendere palmæ.

Hinc matres grauidas, puerosque infantibus annis,
Et iuuenes viridi retro labente iuuenta,
Depositosque senes, naulum conferre Charonti
Præcipiteis reuocare gradū medicamine sumpto,
Tænariasque inter fauces, & lecta Sororum
Fila, tenebrosum frustrari vidimus Orcum.
PVBLICA LAVS, PATRIÆQVE DECVS, *tibi nomen in æuum,*
Quæ sit in humanis callere potentia rebus,
Quæ lateant herbis vires, quas condat in imis
Pharmaca visceribus vario discrimine tellus,
Quid doceant veterum leges, vsusque medendi
Atque graues leni methodo depellere morbos
Donat & inuita firmauit Apollo Megæra.

M. Renealmus.

Ad Paulum Renealmum Medicum præstantiss. de sui nominis anagrammate. Epigramma.

Aspera dum vulgus medicamina cōficit ægris,
Atque Ipsam vincit potus amaritiem,
Fac tua per chymicas artes mitescere pergant:
Hinc LAVSVNA SVPER MEL *tibi suauis erit.*

M. F. B.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ERRATA

Pag. 106. lign. 18. *inflationem*

EX CVRATIONIBVS OBSERVATIONES.

QVIBVS VIDERE EST morbos citò, tutò, & iucundè posse debellari, si Galenicis præceptis chymica Remedia veniant subsidio.

AVTHORE P. RENEALMO Blæsensi Doctore Medico.

EX CVRATIONE LVIS VENEREÆ, obseruat. I.

MVLIER ex infima plebe, annos nata quadraginta, temperamento frigido & sicco, corpore admodum cacochymo, pituitosis humoribus excrementitijs referto, conquesta est apud me de morbo Venereo, quo iam quatuor annos laborabat, a mari-

ti amplexibus contracto; Illi primum medicamentum hoc catharticum exhibui ℞. extracti esulæ ʒ. j. dissol. in ℥. ß. vini infusionis foliorum sennæ, addito extracti ex Helleboro ℈. ß. Multa deiecit serosa primum, deinde crassa, pituitosa, sequentibus diebus, ad quartum vsque, semel sudare iussi, hausto prius decocto ex radicibus Valerianæ hortensis, ligno & baccis Acatalidis confecto, cuius ℥. vj. addidi Hidrotici aurei ʒj. expressum ʒiij. foliorum sennæ in vino decoctorum, & expressione facta ad ℥ij. ß. ebullitione redactum: quo post copiosum sudorem aluus soluta est ter vel quater: a quarto die tam mane, quam vesperi potum illum exhibui, sed cum foliorum sennæ decocto, post prandium hora quarta, vt purgatrix vis exereretur noctu, nec cum sudore coincideret, sudabat autem mane duabus horis, vesperi vero sesqui-horâ tantum: vix octauum attigerat diem, quando doloribus quibus ante diu noctúque cruciabatur, omni ex parte liberata fuit. At a quinto die ad octauum deiectus omnino fuit cibi appetitus, ab octauo vero ita restitutus, vt nihil desiderari posset, nihilominus in vsu illorum pharmacorum ad duodecimum vsque diem monui perseuerandum, quo exacto bellè habuit. Et si non vteretur siccante victus ratione, potus erat decoctum Acatalidis. Ignaui hominis esset in medicina nil inuestigare noui, & facilioris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

LVIS ITEM VENEREAE
Obseruat. 2.

EIusdem mulieris maritus, lue venerea iam a sex annis fœdatus, ad sanitatem his deductus est remedijs. Ex radicibus Valerianæ & Caryophylatæ hidroticum paraui. Illius bis die sumebat ℥. vj. at alternis diebus in haustu vespertino dissoluebam expressum ℥. ß. foliorum sennæ in vino rubro decoctorum: idque vsurpauit ad sextum vsque diem; septimo & octauo quiescere siui; nono iterum medicamentum idem purgans exhibui; decimo hidroticum bis die propinaui ex decocto ligni quercus, Acatalidis, & eius baccarum, addito cochleari vino hidrotici aurei, & antiuerolici, ʒ. j. ijsque cum quinque dies vsus esset, omni ex parte sanus euasit. Notandum interim à decimo die in hidroticâ potione singulis vespertinis me dissoluisse decoctum ʒ. iij. foliorum sennæ in vno rubro ebullitorum, dietamque idoneam præ scripsisse. Potus illi fuit Acatalidis decoctum. Non vni morbo vnicum remedium est semper dicatum.

OBSTRVCTIONIS HEPATIS Obseruat. 3.

Mauro, cuius in gibba parte hepatis magna aderat obstructio, propinaui vinum, in quo per duodecim horas infusi erant cicutæ radicis in vmbra siccatæ, & pulueratæ ℈. ij. nullâ subsequente cardialgiâ, nullâ appetitus deiectione, maiorem solito vrinæ copiam deiecit, meliusque habuit. Tale medicamentum multis precibus vix à me tandem extorsit.

EIVSDEM Obser. 4.

EIdem Mauro, cum in pristinum morbum recidisset, exhibui decoctum ℨ. ij. rad. cicutæ, cuius beneficio in sudorem effusus, melius habuit. Miremur hac in re idiosyncrasiam hominis, aut herbæ venenatæ radicem salutarem, quod & in alijs quibusdam contingit.

PVSTVLAE ET VLCERIS oculi Obseruat. 5.

VXoris meæ sorori exorta fuerat pustula in eâ parte corneæ quæ iridem facit, vsa collyrijs primo repellentibus, mox resoluentibus

impedire non potuit, quin vlcus profundum succederet: hoc curaui paucis diebus collyrio ex syluestris hormini decocto, cui initio addebam stibij puluerem in marmore ductum, & aqua rosarum irroratum, duobus postea diebus stibio addidi æs vstum, ad ophtalmicos affectus paratum, postremo solum plumbum vstum præparatione idonea elaboratum in illo decocto dissolui: quorum beneficio vlcus est cicatrice obductum vix conspicuâ, & si latâ. Medicus non semper suis & ægri votis satisfacere potest, etsi a ratione & methodo rem aggrediatur.

EIVSDEM MORBI Obser, 6

MVlierculæ in suburbio D. Iohannis eodem morbo laboranti, hoc ipsum remedium paraui, idemqueprorsus effectus fuit subsequutus. Herbæ multa possunt, si præsertim cum mineralibus iungantur ex rationis præcepto.

TENESMI ET DYSENTER. Obser. 7.

STephanus Pigeard rusticus Centenæum pagum incolens dysenteria crudeli admodum, tenesmoque cruciatus annos 45. accepit a me auri Vitæ ℥. ʒ. iij. mane ieiuno stomacho sumenda paucisque diebus conualuit. Vtebatur in siti vino

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

quod diluebat decocto ligni meſpyli & fraxini: medicamentum laudo cuius raro me fallat effectus.

TERTIANNAE INTERMITmittentis ſpuriæ. Obſ. 8.

PVer ſexdecim annos natus, febre tertianâ intermittente ſpuriâ, ab humore bilioſo multo, paucoque phlegmate, natâ, affectus, temperamento inter bilioſum & phlegmaticum medio, vno die poſt phlebotomiam in brachij dexteri baſilicâ, ſine me, factam, hauſit medicamentum confectum ex rob è ribes, & cholagogo, & phlegmagogo æquis partibus, in aquâ fontanâ diſſolutis, bilioſos ſimul & pituitoſos humores deiecit, neque cum ſexies aluum depoſuiſſet, vllo dolore vexatus fuit, nec ſiti. At poſt ſecundam deiectionem, euomuit vermem longum, meliuſque deinde habere cœpit, & breui ſanatus eſt: nam incommodo ex phlebotomiâ pendenti, medicamento fuit occurſum. Atque vtinam poſſent tam fœliciter in morborum curatione ſemper corrigi aliorum errata.

VARIOLARVM Obſer. 9

NObilis Iuuenis Domini de Villegomblain domeſticus, octodecim annos natus, temperamento calido, & quodammmodo humido,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

in febrim incidit putridam continuam. Hunc cum ſecundo inuiſiſſem die, lenitiuum exhibui, quod primam regionem ſcatere excrementis viderem; tertio aperientia, & ardorem mitigantia apozemata propinaui: quarto cum omnia in peius ruerent, menſque eſſet commota, cum dolore capitis intenſiſſimo, ſanguinem miſi: ſub quinti diei medium ſpatium variolæ apparuerunt quæ initio ſexti, ægrotantis culpâ (qui ne erumperent, nudus per cubiculum inceſſit frigido in aëre) non ſine lipothymiis frequẽtibus, & ad ſyncopen proximis inceperunt euaneſcere; exitium omnia minitabantur. His vt occurrerem, de protrudendis ad cutem humoribus cogitaui, hoc que remedio ſum vſus. ℞. confect. de Hyacintho ℈. ij. conſeruæ florum Bugloſſi & Borag. an̄ ʒ. ß. miſce, capiat mediam partem horâ tertia pomeridianâ, alteram horâ nonâ, poſt que vtramque doſin hauriat decocti petaſitis, ℥. vj. & in lecto calidè ſeſe contineat quibus medicamẽtis humores ſtatim mutato curſu, ſedata febre, reliquiſque ſymptomatis, magno impetu cutem defœdarunt: ſed de gutturis dolore conqueſtus eſt admodum, quod nec deglutire poſſet, nec liberè ſpirare; in aqua, qua ſitim extinguere licebat, lentes decoquendas curaui, exterioremque gutturis partem inunxi oleo de Amygd. dulcibus, quæ & meis & illius votis reſponderunt. Ægrotantium culpa multa contingunt que medicis negotium faceſſunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

MORBILLORVM Obſer. 10.

FIlio meo temperamento biliofo,viginti octo menſes nato, cum impendere viderem morbillos, propinaui rad. vrticæ decoctum, & in ſiti non alio vſus eſt potu (nec enim palato ingratus) huius beneficio duobus diebus hiſtoria morbi peracta eſt, ad cutem prorumpentibus morbillis; & tuſſis,quæ & præcurrere & comitari ſolet hunc morbum, etiam ſedata fuit, licet a natura ſit infirmis pulmonibus. Vulgaria in morborum curatione tranſmarinis non ſunt minus efficacia.

DE VARIOLIS. Obſer. 11.

IN Variolis, ne facies deformitatem contrahat his medicamentis ſemper vſus ſum cum fœlici ſucceſſu: quando erumpere incipiebant. illinij larido in aqua liquefacto, & ſexies aqua roſarum loto, cum vero pus in eis maturuerat, acu aurea, vel ex oſſe parata confixi, linteoque, qui decocto ſecalis & hordei integri imbutus erat, leniter compreſſi, vt pus exitum affectare cogeretur: At ſi cruſtæ ſubſequerentur duræ, butyro recenti prius vnxi, deinde decoctum hordei integri adhibui: Sed quod oculis iſte morbus perniciem plurimùm minitetur, toti incumbere debemus in repellendis ab illa parte fœdis humoribus, ne pu-

ſtulæ erumpant, in quo efficiendo, tale me nunquam feſellit remedium: ℞. aq. plantag. Solani, & roſarum añ ℥. j. ß. in quibus bulliant ſeminis ſumach. ʒ. j. ſeminis plantag. ʒ. ß. ex collatura fiat collyrium ſæpe oculis inſtillandum: aliquando, cum iam iam ad partem humor appulerat, admiſcui detractis aq. ſolani, & ſemine ſumach, mucilaginis ſeminis althææ in aqua fœniculi extractæ ʒ. j. ß. quibuſdam minori in copia pro morbi ratione. Supereſt maximum incommodum quando ſcilicet fauces obſident puſtulæ, inde enim (vt plurimùm) certa mors; Decoctum lentium in potu vſurpatum, præſentiſſimum eſt præſidium, quod ſi iam fuerint in faucibus vlceratæ, decoctum vrticæ & hordei integri illis medebitur, ſi in ſiti vſurpetur, & frequenter os colluatur, tandemque decocto folia plantaginis addenda curentur.

DOLORIS IN PYLORO Obſcr. 12.

MVlier incolens Burgumnouum, ſuburbium Blæſenſe, cuius è domo cauda Vulpina pro inſigni pendet, adduxit filium ſeptem annos natum, ſummis cruciatibus anxium, ob calculum æneum (noſtri getton vocãt) deuoratum, pyloro, vt ex doloris ſede conijcere licebat, adhærentem quòd præ illius anguſtia elabi non poſſet. Huic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ego clysterem ex emoll. decocto inijciendum præſcripſi, deinde ℥. j. olei amygd. hauriendam exhibui, & parti fotum emollientem, admiſtis tamen adſtringentibus, admoueri iuſſi: His remedijs trium horarum ſpatio incolumis euaſit. En vt e re nata ſæpiſſime remedia excogitare oportet.

PITVITOSAE CACOCHYMIAE a Ventriculo Obſ. 13.

DEcoctum ʒ, ij. ſeminum febrifugi integrorum in vino rubro factum, donec ad ʒj. redactus eſſet liquor, tota nocte in maceratione fuit, mane liquorem colo ſeparatum exhibui iuueni octodecim annos nato, cacochymo, pituita multa redundante, qui vix duabus horis elapſis, vomitu ingentem pituitæ copiam excreuit, aluumque ſemel depoſuit. Illi ipſi cum poſtea exhibuiſſem decoctum pulpæ ſolius, nil effecit, præter vrinarum paulo quam ſolebat copioſiorem excretionem: at color rediuiuus optimam illius valetudinem teſtabatur. Non eſt in remedijs vulgo cognitis ſemper conſiſtendum, ſed ratione duce vlterius progrediendum.

EIVSDEM Obſer. 14.

ALteri eadem laboranti pridie exhibueram conquaſſati eiuſdem ſeminis ʒ. ij. colatum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

decoctum, in vino rubro factum, & ad ℥. j. ß. ebullitione redactum, qui & vomitu & aluo copiose purgatus, nullo succedente incommodo, secundæ valetudini fuit restitutus.

CATARRHI Obser. 15.

EIusdem seminis ʒ. j. in vino rubro q. s. incoxi ad ʒ. j. ß. liquorem redegi ebullitione, colaturamque puellæ catarrho in artus decumbente laboranti, cum dolore in ventriculo, & appetitus deiectione, xxij. annos natæ, temperamento calido & humido exhibui. Hæc vomitu maximam pituitæ copiam eiecit, meliusque habuit. Vide quanta lateant in plantis arcana.

FOEDORVM COLORVM Obseruat. 15.

LAtrunculatoris Blæsensis filia fœdis coloribus, quos vocant, vexata, symptomatumque myriade, dolore capitis intentissimo, siti inexhausta, apositia, cardiogmo &c. exagitata, postquam infinitis prope remedijs vulgari methodo, paucis tamen cum ratione præscriptis, vsa fuisset, me tandem aliquando accersendum curauit, quæ esset morbi causa aperui. remediumque proposui; at enecta vulgarium medicamentorum ingestione, mihi præfata nihil acceptius sibi, quam ad pri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ſtinam reuerti valetudinem, ſed prorſus a medicamentis abhorrere: Itaque illi decoctum plantæ ſtomachicæ in vino factum, & ad ʒ. ij. ß. redactum obtuli ſequenti die, quod cum deguſtaſſet intincto paululum digito, auidé hauſit (aciduli quippe ſaporis erat) paulo poſt cardiogmos accidit, hunc vomitus fuit ſubſequutus, quo maximam humorum bilioſorum illuuiem excluſit. Vnde ſubito proſperæ valetudinis ſpes affulſit. In morborum curatione ad ſcopum rectà, nec imbellibus telis eſt collimandum.

DOLORIS CAPITIS
Obſeruat. 17.

Militi cuidam bilioſo, viginti octo annos nato, ʒ. vj. hidrotici aurei, cum ℥. j. ß. vini rubri dedi & ſeſe in lecto contineret iuſſi, nullis præter ſolitum ſuper additis ſtragulis, ante ſeſquihoram totus ſudore perfuſus, a dolore capitis, quo cruciatus multas iam noctes in ſomnes duxerat, magna ex parte liberatus, ſequenti nocte ſomno quietiore fuit recreatus, ſed triduo antequam hoc exhibuiſſem præceſſerat purgatio per aluum. Errorem enim committunt qui ante ſudorificorum vſum abundé non purgant per ſeceſſum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

IMPETIGINIS FERAE Obſeruat. 18.

PVella impetigine fera vexabatur, nigræ enim & frequentes puſtulæ circa collum, & pectus obortæ maximos, vt referebat dolores excitabant. Eam paucis curaui, catharticum primum hoc exhibui, extracti eſulæ ʒ. ß. extracti Hellebori nigri g̃. xv, diſſolui in ℥. ij. vini decoct. ſennæ. quo corpus ita repurgatum eſt ſine moleſtia, ſine appetitus labefactatione, vt impetiginis furor aliquomodo imminueretur, ſequenti die ſanguinem detrahi iuſſi è baſilica dextra, puſtulis partes fœdatas ex linteo madefieri aqua ad impetiginem, cuius beneficio ardor reſtinctus, & dolor. Cauſa antecedente ſublata, non tam difficile auellitur continens.

LONGI OBSTRVCTIONE morbi, Obſer. 19.

PAuperi cuidam longo, diuturnoque morbo & vigilijs conſumpto, ingenti dolore in hypochondr. ſiniſtro ab obſeruatione ſtomachicum incluſum tabella dedi, vini cochleari poſtea hauſto, qui magna per aluum euacuatione ſubſequuta, & vomitu quibuſdam phlegmatis excluſis me-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

lius habere cœpit. Vomitus langori curando neceſſarius eſt ſæpiſſimè.

CEPHALALGIAE PER CONSENſum ſtomachi Obſ. 20.

VXoris meæ Sorori eiuſdem ſtomachi eodem modo quo ſupra exhibui grana vij, quæ cardiogmon inuexerunt non magnum, vomitumque excitarunt, quinquies aluum depoſuit, paucis ijſque paruis cum torminibus: Sed poſtea aluus fluida remanſit, dolorque capitis quo vexabatur euanuit. Cum dolor per conſenſum ſtomachi fieret, ſtomacho fuit proſpiciendum.

MENSTRVORVM FLVXVS immoderati Obſer. 21.

VXori Chirurgi Blæſenſis penè exanimatæ, per vterum ſanguinis fluxu immenſo, remedijs vel δραστικωτάτοις nullomodo cedente, cingulum paraui ex lineo panno, cui iucluſa erant folia Helleboraſtri contuſa, hoc cum geſſiſſet per ſeſquihoram, fluxus omnino fuit reſtrictus. Sed puſtulæ excitatæ magnos dolores inuexere, qui appoſitis remedijs ſedatis paulatimque illa vires priſtinas acquiſiuit. Empiricum iudicabunt non perpendente accuratè omnia quæ ad morborum curationem ſpectant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ASTRICTISSIMA ALVI Obseruat. 22.

STomachici ℥. xij. in vino rubro infudi, per duodecim horarum ſpatium, vinum extraxi, illudque exhibui viro cui ſupra modum aluus ſtricta erat, hic euomuit ſemi hora poſt aſſumptum, & melius ſe habere dixit, aluum veſperi ſemel depoſuit. Eidem fere ſequenti die, cum ſatis purgatus non videretur, pulueris eiuſdem ℥. viij. exhibui vna hora poſt deuorata duo pruna, qui nulla cum contentione ſemel euomuit. Semel poſtea aluum deiecit, nullamque illi adfuiſſe cardialgiam aut appetitus labefactationem veſperi retulit, & aluus duplicatis ſine dolore borboriſmis multa deiecturam ſe pollicebatur, ſed ſemel tantum poſtea fuit ſoluta. Si primo conatu non aſſequaris quod ratio poſtulat. Iterandum, quidni?

FEBRIS TERTIANAE INTERmittentis ſpuriæ. Obſ. 23.

LOuanienſi Iuueni octodecim annos nato, febre tertiana intermittente ſpuria, ſcilicet a pituita craſſa viſcidaque multa & pauca bile, nara, exhibui pilulam ex ſex granis febrifugi & duobus ℥. gummi tragac. confectam, Hic mul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ta excreuit vomitu biliosa simul & pituitosa, vnde factum est vt postea liberatus fuerit.

FEBRIS TERTIANAE DVPLI-cis spuriæ intermitt. Obser. 24.

EIusdem febrifugi g̃. vj. exhibui puero septemdecim annos nato, temperamento bilioso, febre duplici tertiana intermittente spuria laboranti, hic ante duas horas exactas ter vomuit pituitosa simul & biliosa, nec postea febris paroxysmus reuersus est. En vomitus vt prodest.

ARTHRITIDIS Obser. 25.

FAbro ferrario arthritide iam a multis annis laboranti, eademque tum deuexato temperamento bilioso iam ad melancholicum vergente turbith mineralis mei g̃. iiij. cum rob e berberi g̃. iij. exhibui, hic semel euomuit bilem porraceam octiesque aluo deposita ardentissimos, anumque exurentes humores exclusit, biliosos quippe indeque dolores sedati. Mineralia non sunt tantopere criminanda.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

INTERMITT. TERTIANAE duplicis nothæ in grauida Obſer. 26.

MVlieri iama duobus menſibus vterum geſtanti, triginta annos natæ, temperamento melancholico, febre duplici tertiana intermitt. notha ex bilioſo, & melancholico humore a multis hebdomadis laboranti, exhibui febrifugi, g̃. viij. ex rob, e berberi; Illa cum multum euomuiſſet, febris paroxyſmus poſtea magna ex parte imminutus fuit, quartoque poſt die conualuit. Si vel grauidis hoc medicamentum non noceat, cur ab illo abſtinendum?

EIVSDEM INTERMITT. TERtianæ duplicis in puerulo Obſer. 27.

EIuſdem filio quatuor annos nato, cacochymo, & ad hydropem propenſo, febre etiam duplici tertiana notha intermitt. ab humore pituitoſo, paucaque bile porracea laboranti, dedi eiuſdem febrifugi g̃. vj. cum conſerua florum caryophyllæorum, hoc que medicamento febri ita præcluſa via eſt, vt non fuerit deinceps reuerſa. Etiam

teneræ ætati, non infenſa ſunt illa remedia, ſed vtiliſſima.

EIVSDEM FEBRIS IN VE-tula Obſer, 28.

MVlier ſexagenaria, temperamento iam frigido & ſicco, in febrem duplicem tertianam incidit ab humoribus melancholico, & bilioſo ſimul miſtis, illi febrifugi. ℥. viij. cum rob e berberi exhibui, quæ cum eoſdem humores euomuiſſet, a ſiti capitis dolore, oris amarore, vigilijs febreque ipſa omni ex parte fuit liberata.

FEBRIS QVARTANAE ET HY-drop. Obſer. 29.

D. Præſidis mediomatrici vxor me rogauit vt conſulerem ſanitati puellæ hydropicæ: nouem annos natæ, quartana laboranti iam ab anno. Eiuſdem ergo febrifugi. ℥. vj. cum conſerua florum caryophyllæorum exhibui, tribus ante paroxiſmum horis, illa vix febrem ſenſit; dies altera elapſa ſine vllo incommodo; tertio die ſub horam octauam incidit iu horrorem, quem calor ſubſequutus eſt non tam vehemens quam ſolebat, nec ſitis abfuit, illo autem die quo recurſura erat quartana optime habuit, Paroxyſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

mus ille inordinatus contigit (vt opinor) propter deuorata pruna nihilominus postea quartanæ typum retinuit, quæ repetito remedio omni ex parte euanuit, tandemque vsu rad. filicis maris ab hydrope fuit liberata. Morbi sæpe recurrunt, ægrotantium praua ratione victus.

DVPLICIS TERTIANAE INtermitt. Obseruat. 30.

MOnacho duplici tertiana intermittente laboranti, a bile porracea, & pituitosa orta exhibui eiusdem febrifugi. ℥. viij. Ille hora quinta post, nil dum euomuerat, sed bis aluum deiecerat, sequenti vero nocte, septies, postridie duodecies, tumque aluo subsistente optimè habuit. Idem medicamentum in diuersis, purgatione diuersa, idem tamen præstat.

DOLORIS IN LVMBORVM REgione a Verme Obs. 31.

QVidam rusticus nouemdecim annos natus, temperamento calido & humido, in grauissimum dolorem lumborum incidit, quo iam a quatuor mensibus affligebatur, ipsi exhibui pilulam ex ℥. vj. emetici, & ℥. ij. rob de berberi confectam, qui cum multa & per vomitum & per se-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

cessum deiecisset, vna que vermem crassitudine digitali, sesquipedali longitudine, melius habuit, & quid in eiusmodi remediorum calumnias mentientur nugigeruli?

PLEVRITIDIS Obser. 32.

VIrum nobilissimum D. de Morinuille, crudelissima pleuritidis biliosa inuasit, ad quem cum primo die vocatus fuissem, iniecto clystere ex decocto corticis interioris vlmi, & ℥. j. ß. radic. ebuli, pauco saccharo, & butyro recenti, sanguinem misi, tribus postea horis, quia materiæ pars erat adhuc ἐν τῷ ὀργασμῷ, cucurbitulæ scapulis fuerunt admotæ cum scarificatu, quibus sanguis pellectus est corruptissimus, in quo scilicet bilis, & tenuis pituita, putridæ dominabantur, vnde collegi a toto corporis habitu, humores in partem confluere, quare ecleigmate confecto ex syrup. violato glycyrrhizæ, floribus papaueris rheadis pulueratis paucoque saccharo, cogitaui de diuertendis, & euacuandis humoribus per sudores, quos eo ipso die promoui decocto sequenti ℞. rad. vrticæ ℥. j. ligni fraxini ℥. iij. bulliant in aquę lib. ij. ad consumptionam mediæ partis, additis sub finem florum leucoij bulbosi, tum florentis, p. ij; collaturæ ℥. vj. sub noctem sumpsit, multumque sudauit; sequenti die cum nondum remitteret dolor, alteram decoctionis dosim sum-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

psit, nec sudor morbi symptomata multum Imminuit, sputum tamen liberius aliquanto processit: Tertio die mane lohoc conficiendum curaui ex syrup. de bechio, cum puluere diatragac. sub vesperam cutis aliquantula humiditate cum maduisset, statim decocti supradicti dosin paratam hausit, & sudor excitatus dolorem sedauit, febrisque imminuta, inde quietus obrepsit somnus; dormientem cum intuerer, intellexi βορβορυγμὸν in intestinis, quem cum spontanea deiectio non excepisset, clysterem die quarto è supradicta decoct. factum inijciendum curaui, aluoque deiecta sibi multum auxilij allatum prædicabat; quinto die vna cum sputorum magna copia morbum excreasse fuit sibi visus. Ne mireris si primo die sudores mouerim, quippe tenuis humor citam euacuationem postulat.

DOLORIS IN VENTRICVLO Obseruat. 33.

STomachici octo grana viro sexagenario, qui vix alijs remedijs ad excernendum commoueri poterat, & ingentem in ventriculo dolorem sentiebat dedi; ter aluum deiecit, bisque vomuit corrupta multa in ventriculo iam a longo tempore stagnantia, vnoque aut altero die prorsus conualuit. Quum dolor est in ventriculo, nunquam timendum a Vomitorijs, non quantitate aut corpulenta substantia, sed specifica virtute agentibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

PALLIDORVM COLORVM in puella Obser. 34.

PVellæ ſeptemdecim annos natæ. graui dolore capitis. & ventriculi diſtenſione vexatæ, ſtomachici ℥. vj. cum conſerua Caryophyllæorum exhibui, cuius beneficio quatuor poſt horis euomuit bilem porraceam magna in copia, meliuſque tum habere cœpit, quin & euanuit febricula, quæ vnà aderat. Cito curant, quæ cito cauſam morbificam eijciunt.

PALLID. COLORVM, ET febris tert. Obſer. 35.

AVri vitæ grana quindecim exhibui cum conſerua caryophyllæorum filiæ Domini du Buiſſon, nata annos ſexdecim, que de appetitu deiecto conquerebatur, deque febris paroxyſmo, (qui tamen iam ſedatus erat) hæc ter aluum depoſuit: at menſium qui mox erant erupturi commotione agitata, in ſomnum incidit pomeridianum; ſequenti nocte, quum illi fluxerunt, cardialgia vexata eſt, cui ſucceſſit cardiogmos, & vomitus bilioſorum humorum, his peractis, optime habuit, menſeſque pro more fluxere. Optimum eſt medicamentum, quod naturæ officium non præuertit, morbumque omni ex parte domat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

FEBRIS TERTIANAE CONtinuæ. Obſer. 36.

EIuſdem auri vitæ g. xij.exhibui affini meo D. de Saimpé cum febre tertiana, continua, notha, laboraret, cuius beneficio aluus quater excreuit bilioſa, ſimul & pituitoſa, febriſque euanuit. Sed quatuor poſt diebus eadem repetita remedia nil effecere, quia nil purgandum ſupererat. Hoc non effeciſſet medicamentum quod irritando purgat.

VLCERVM IN TIBIIS Obſer. 37.

VNi e ſeruis Nobiliſſ. viri D. de Lencomme, viginti annos aut paulò plures nato, temperamento calido, ad humidum vergente, nimia ſanguinis euacuatione ita debilitatum erat hepar, & ventriculus, vt multos humores ſeroſos, & acres admodum, bilemque porraceam congererent, quin in tibias relegata eorum pars, tumorem ad malleolum effecerat, & vlcera non quidem pro funda, ſed ita rebellis vt & Medici doctiſſimi, & periti complures & Chirurgi, fruſtra tentatis remedijs tanquam inſanabilia deſeruiſſent, at ſic a me curatus eſt. Sex diebus continuis vino, quod

bibere permisi, miscebat decoctum elatines, tribus interim matutinis exhibui pannace aureæ g. xv. hoc medicamento nihil excreuit, nihilominus pus in vlceribus laudatius apparuit, cum vero viderem carnem subiacentem mihi non satis arridere, de illa exedenda cogitaui. Emplastrum confeci ex ʒ. j. præcipitati albi in ℈. j. olei de terebinth. nutriti, succi elatines depurati ʒ. ij. ceræ & resinæ añ q. s. ad consistentiam, quod admotum multos dolores excitauit, vlceráque pauco tempore caua reddidit, sed paucis horis adimpleta fuere, paucisque diebus cicatrix obducta, emplastro, admoto ex oleo sulphuris, myrrha, cera & pice confecto. Quod vero panacea nullam apparentem euacuationem moliebatur, impedita ab humoribus porraceis, & vitellinis in ventriculo restantibus, illos euacuandos curaui per vomitum, g. vij. emetici pulueris, cum g. ij. conseruæ caryophyllæorum florum mistis, & exhibitis quarto die; sexto dedi aurei vitæ g. xv. huius beneficio multa iterum biliosa euomuit, bisque aluum deiecit, interiectis aliquot diebus vomitorium repetiui, eodemque die loco elatines decoctum filicis maris substituere consului: his remedi(s exactis viginti diebus conualuit, multa putantur insanabilia, que tamen præcurari indicat experientia. Cum vero non multo post tempore, propter prauam victus rationem, ipsi in tibiæ superiori parte vlcera multa parua, rotunda, foraminibus illis quæ in Lampetræ collo conspiciun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

tur similia fuissent oborta, & quotidie nouum alijs adnasceretur, augescerentque omnia, vt tandem in duo magna finierint, exhibui primum aquilæ ℈. xij. quorum opera ne aluus quidem commota imperaui vt rad. filicis, & brusci decocto vinum dilueret, ad obstructiones in hepate expediendas vlceribus admoui balsamum sulphuris quinque diebus, sed etiamsi non amplius crescerent, nihilominus ad cicatricem nullomodo tendere videbantur; quarto pilulam emetici exhibui, quæ in sequentem diem effectum suum distulit, Emplastrum confeci ex olei sulphuris ʒ. iij. ceræ ʒ. j. coloph. ʒ. v, myrrhæ ʒ. iiij. ß. hoc octauo admoui, sumpta prius pilula vna ex auri vitæ, & emetici añ ℈. vj. quæ aluum ter vel quater subduxit, tumque vlcus laudatum pus excernere cœpit, & carne rubra oppleri: bidui interiecto spatio alteram sumpsit, quæ & vomitum semel excitauit, & per aluum abunde purgauit, vlcusque ad cicatricem deduci conspexi; quinque post diebus stomachici ℈. v. dedi, & vomitu & deiectione multa excreuit, tandemque decimo octauo die perfectè fuit curatus. Eidem ad prædictorum vlcerum præcautionem, paucis post mensibus dedi pilulam vnam ex ℈. viij. stomachi quinquies euomuit biliosa pituitosis mista, terque aluum deiecit, nec postea vllo vexatus est morbo. Ventriculus multis alijs partibus noxam infert.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

VLCERVM Obseruat. 38.

CArnotunſis puella quædam triginta annos nata, malignis vlceribus ad malleolum affligebatur, temperamento quidem frigido, & ſicco, illíque iam a multis annis cum ſuppreſſa eſſent menſtrua, vlcera non tantum in tibia, ſed & in pectore, & collo aliquando oboriebantur pro vario ad diuerſas partes humoris refluxu : quod autem viderem ventriculum, hepar, totumque meſenterium humore acri ſcatere, exhibui panaceæ & ſtomachici pulueris añ ℈. vi. hora ſeptima matutina, huius medicamenti ope ſurſum deorſum maximam humorum illuuiem eiecit, ſeque ſtatim poſt alacriorem ſolito eſſe retulit, Sed ab eo tempore eam non vidi.

ARTHRITIDIS Obſer. 39.

ILluſtriſſimus D. Marchio de Royan arthritide in pedio, & carpo a phlegmate acido facta, fuit correptus Turoni, vbi Blæſas aduenit, me acceſit ſub mediam noctem, illi ſanguinem mitto, rationne fluxionis, quod & ætas non renuebat, vt qui tantum trigeſimum quintum ageret annum, temperamento humido & calido, morbúſque poſtulabat, de purgatione in diem ſequentem matutinum me cogitare monui, oſtendit opiatam ex

cassia, senna, & catholico confectam Parisijs doctissimorum medicum consilio; nil inde tunc solatij; habiturum significo. Sed aliud requiri medicamentum idoneum, non enim illud plus posse aduersus causam morbificam, quam contra Elephantem musca: Ille in sumendis pharmacis summam difficultatem opponit. Ego polliceor medicamentum me confecturum eo, quo vellet, sapore: Itaque duas pilulas confeci ainsi odore, & sapore ex phlegmagogi g̃. xxv. ijs sumptis, bellè purgatus fuit doloresque aliquantulum sedati. Eodem die sub vesperam Nobilissimus D. de montgommery, ad idem hospitium diuertens, illum salutaturus inuisit, promisitque se daturum aquam (illam habebat a Prinæo medico pruliacensi) quæ dolores ilico sedaret, vnde factum est vt sub horam octauam cum illum reuiserem, mecumque seruus afferret aquam meam antipodagricam, prorsus fuerim explausus: quænam illa esset aqua explorare datur, phlegma vitrioli agnosco, etiamsi repugnaret eiusdem asseruator, Nobiliss. D. de montgommery Chirurgus, ideoque prædixi ad horam sedatum iri dolores, exim solito acerbiores recursuros: me præsente admouetur aqua, me præsente dolores finiuntur, oculi præ somno conniuere gestiunt. móneo vt ad me mittat, qui afferat Hilamonis mei pilulam g̃. iiij. constantem, albam, saporisque anisæi, cuius beneficio hora execta leniri possent cruciatus, somnusque tranquillior per sex aut septem horas il-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

lum recrearet; Sed nondum oculis ſomnum libauerat, cum recrudeſcere dolores ſenſit, fruſtraque repetitam aquæ admotionem: Increpat teſtudineum gradum ſerui, quem me cum deduxeram, hilamonis afferendi cauſa, vix dum oblatum arripit, deglutit, obrepere ſomnum miteſcens dolor permittit mane cum viderem cauſam doloris ita fuiſſe auctam, vt vix aquę antipodagricæ ceſura eſſet, balſamum paraui efficacius, cuius vſu intra viginti horas, ſine conſpicuo tumore, vt ſolebat, potuit pedibus incedere, manibus quæ libebat tractare, equúmque iter inſtitutum peracturus, conſcendit, obnixe illorum remediorum deſcriptionem a me petijt, ſed eo meus non vergebat animus, Non ſunt diuulganda quę rara.

CATARRHI Obſer. 40.

VXori Architect. Regij Blæſenſis a quinque menſibus grauidæ, vt referebat, de multo partim in pulmones, partim in ventriculum delabente catarrho, & ſymptomatis inde naſcentibus, tuſſi ſcilicet & appetitu deperdito conquerenti, tabellam vnam ex ℥ vj. ſtomachici, ℥. viij. panaceæ, & pauco gummi tragac. confectam exhibui, quam cum mane hora quinta ſumpſiſſet, ſub horam vndecimam per aluum quater deiecit multa phlegmata ſeroſis humoribus permiſta, biſque vomuit craſſam pituitam cum pauca bile

vitellina, meliusque habere cœpit. Quid opus est ęgros diuexare tanta medicamentorum mole, & ingrato sapore, si suauiora suppetant?

DOLORIS OCVLI Obser. 41.

NObilissima matrona vxor Pręsidis medio-matrici conquerebatur de dolore oculi admodum pungenti, ipsius causam, cum rimarer, comperi fieri a vapore acri ad tunicam coniunctiuam pertingente: confeci collyrium ex aqua lysipono, pauco sale ophtalmico, & albumine oui cocto, deinde cum supradicta aqua dissoluto, & colatura expurgato, hoc collyrium oculo semel instillatum dolorem omnino sustulit symptomatis ratio fuit habenda.

FEBRIS DVPL. TERTIAN. INterm. & Cardialg. & lipothymiæ Obser. 42

R.V.D. Løyseau calliensis prior, temperamẽto calido paululúmque humido annos 45. natus laborabat duplici tertiana intermittente quam comitabatur magna ventriculi imbecillitas nam nil concoquere poterat nil appetebat Immo tanto cardiogmo vexabatur vt, quęcumque ingerebat, protiuus euomeret. Vnde in lipothymiam frequentem incidebat. Vt autem ex his fluctibus

emergeret, Sumpsit pannaceę albę ℥. 30. multa ergo exclusit aluo, multa vomitu & melius tum habere cœpit. At reliquiæ breui ὑποστροφὴν fecerunt, a qua fuit liberatus, secundæque valetudini restitutus eiusdem medicamenti repetitione. Si vim naturæ aliquam intulisset medicamentum funestus fuisset euentus.

SPONTAN. LASSITVDINIS languoris in sene Obser. 43.

Seni cuidam elanguido, omnium fere membrorum lassitudine vexato, a vaporibus quibusdam ab humore melancholico in mesenterio stagnãte diffusis, dum frigoris rigore maximo hiems sæuiret, panaceæ meæ ℥. xiij. exhibui, octo post assumptum medicamentum horis, aluus commoueri incœpit, terque exonerata cum esset superfluis & noxijs humoribus, melius habuit, nullam interim cardialgiam, nulla in ventre tormina sensit: En nouum medicamentum ex arte datum profuit?

PONDERIS IN VENTRICVLO Obser. 44.

HIspano cuidam de pondere in ventriculo querenti, exhibui stomachici ℥. vj. sed cum semel tantum aluum deiecisset, non leuatus est

Puto copia humorum exiguum medicamentum fuisse obrutum, aut ventriculi idio syncrasia quadam vim illius confractam. Quibusdam enim certa quædam idiosyncrasia inest, que non ratione vlla potest cognosci, sed experientia sola. Postea vero curatus est emetici g̃. vij.

HYDROPIS MATRICIS Obseruat. 45.

IDem mulieri emarcidæ cuius ventriculus redundabat multiplici humorum corruptorum sentina, matrix ad hydropem properabat, suoque insultu frequenti partes superiores agitabat, in pilulam conformatum exhibui, illa ter aluum deiecit, sed non multo melius habuit, vtpote vnius medicamenti ope tot morbi profligari non potuere, sed tandem repetito cessere.

FASTIDII CIBI Obser. 46.

MEus Dichael filius vnicus vix dum tres annos natus, in cibi fastidium incidit, vnde aliquem morbum illi insidiantem cognoui, ergo dedi panaceæ ceraso inclusæ g̃. viij. quibus ita fuit purgatus, vt adueniente vespera, alacritatem animo concipere, cibique appetentia restituta videretur. Teneræ ætati remedia sunt accommodatissima, quæ vel inscijs exhiberi possunt delicia-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

rum ſpecie, quæque nulla violentia corpuſculum agitant.

MORBI COMITIALIS
Obſer. 47.

IN viculo ad Ligerim e regione Mercij mihi fuit oblata puellula ſeptem annos nata, quæ epilepticis inſultibus ſexies ſingulis fere diebus corripiebatur, præcedente cardiogmo, vnde collegi per ſympathiam ſtomachi fieri Ipſi ergo ſtomachici g̃. vj. ceraſo condito incluſa, ſub mediam noctem mandenda dedi, cúmque ante octauam horam multa per inferiora deieciſſet viridia, nigra alba ſeorſim, a crudeliſſimo morbo liberata eſt, iámque annum agit tertium, ex quo ſecunda fruitur valetudine. Quis vnico remedio tam breui temporis ſpatio ferociſſimum morbum domari poſſe crederet?

EIVSDEM MORBI
Obſer. 48.

IVuenis ruſticus xx annos natus Arbillæi. pagi incola eadem morbo, eadem ſtomachi ſympathia generato concidens, eiuſdem ſtomachici g̃. viij. racemi acinulo incluſis tam fœliciter curatus eſt. vt hic annus ſecundus ſit ex quo nullum

tanti

tanti morbi insultum senserit nihilominus quorundam auaritia Istud remedium suspectum reddere conata est.

DOLORIS LATERIS *Obser. 49.*

PVella quædam viginti sex annos nata, temperamento ad frigidum & siccum tendente, conquesta est apud me de dolore lateris, de tussi &c. nondum tamen aderat febris, sed quia imminuere cognoscebam, mittendum sanguinem persuasi, quamuis in maximo hiemis rigore, & vt purgatione diuerterem humorem ad latus irrumpentem, exhibui panaceæ meæ ℈. xviij. sine vlla cardialgia, sine torminibus quinquies aluum deiecit, meliusque habuit. Quàm prodest morborum principijs obstitisse.

TERTIANAE INTERMITT. *duplicis nothæ Obser. 50.*

ANcilla Dominæ Chandelier temperamento humido, paululúmque calido, incidit sæuiente Februarij frigore, in febrim duplicem tertianam intermitt. notham, a pituita & bile putrescentibus ortam, illam comitabatur appetitus deiectio, sitis inexhausta, capitis dolor, & vltra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

viginti horas protendebantur paroxyſmi, illi quatuor horis a ſumpto cibo pilulam febrifugi g̃. viij. pendentem dedi, cuius ope multa euomuit phlegmata bilemque, ſed paucam; mane melius ſe habere dixit tamen cum eam inuiſerem hora pomeridiana, ſiti vexari comperi, ſequenti die omnia ita ceſſere, vt ſanitatem fuerit adepta. Si hoc remedio febris fugari poſſit, cur ad imbellia confugerem?

DOLORVM IN ARTICVL. A lue Venerea. Obſer. 51.

NObiliſsimus Iuuenis. N. N. annos viginti ſex natus, temperamento calido admodum moderatéque humido, humoribus bilioſis redundans incidit in grauiſsimos Iſchiorum genuum & malleolorum dolores, ab humore pituitoſo ſimul & bilioſo in illas partes delabente tanta in copia, vt tumorem flatulentum efficerent, venenatam inſuper qualitatem ex mercuriati vnguenti litu, & lue Venerea, iam ante male curata, nuperque fœdo concubitu iterum contracta profluentem demonſtrabant: Hic cum nouem totos dies, & noctes diris cruciatibus vexatus eſſet, Blæſas ſe contulit, vbi eum decimo die ſub veſperam inuiſens, ſanguinem ſequenti mittendum conſului, duodecimo purgare non potui, dolor interim a dextris partibus in genu & malleolum ſiniſtrum

ſe contulit, decimo tertio die, ſumptis duabus pilulis ex panaceæ ℈. vj. phlegmagogi. ℈. xv. confectis ſexies aluo deiecit pituitoſa ſimul cum biliosis, ſub meridiem incœpit ſomnus obrepere, qui ante actis diebus procul exulauerat, nihilominus nullum in doloribus ſolatium percipere ſeſe dicebat; nocte ergo ſequenti hilamonis ℈.iiij. hora decima exhibui, aquam antipodagricam admouendam curaui, ſomno fuit recreatus, per interualla tamen dolores acerrimi recurrebant, nec detumebat genu, mane hora ſeptima panaceæ aureæ ℈. x. ſumpſit, vniuſque horæ effluxu iuſculum: ſomnus iterum reuerſus toto fere die illi applauſit, ſed de dolore capitis conquerebatur, genu dolenti ceratum arthriticum admoui, decimo quinto die ſtomachici ℈. vj. ſub horam ſecundam poſt mediam noctem ſumpſit, bis euomuit phlegmata bili porraceæ admiſta, cum duobus vermibus longis, multoſque ſeceſſus habuit, ſub veſperam melius vtcunque valuit, deiectaque cibi appetentia fuit reſtaurata, nocte ſequenti paruo delibutus eſt ſomno, doloreſque cum recurſuros viderem, exhibui panaceæ aureæ ℈.xij. omnia in melius fuere ad ſequentem diem, genu ſiquidem detumuerat, dolor fere euanuerat, vt & in pedis malleolo: At noua fluxio Iſchij articulum dextrum occupauit doloreſque illic renouauit, decimo ergo ſeptimo ſub horam nonam nocturnam exhibui pilulas duas ex plegmagogi ℈. xij. & ſtomachici ℈. iij. confectas, quarum ope multa de-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

iecit biliosa, semelque euomuit, totam vero illam noctem in summis traxit doloribus, resiliit enim dolor in genus & malleolum: Itaque decimo octauo illi ceratum confeci arthriticum, dolentibusque partibus admoui, paucis horis elapsis melius habere sibi videbatur, sequentem tamen noctem in somnem traduxit, sed cum minoribus solito doloribus, exin dolores sensim diminuti fuere, & noctes tranquillitati illum dedere. At cum nec in præscripto vitæ genere perseueraret, nec medicamentis deinceps vti voluisset, imbecellitas in parte remansit, dolores interdum, sed leues persensit. Nisi pareat æger medico, vix locus est perfectæ curationi.

CATARRHI Obser. 52.

PVellæ de catarrho stomachum infestante, lassitudinem toti corpori afferente, querimoniam apud me habenti, dedi phlegmagogi g̃. xviij. sub horam septimam bis aluum deposuit, multisque vomitu reiectis, sequenti die couualuit. Facilis est profligatio morbi, si causa statim possit aboleri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

QVARTANAE LEGITIMAE tensionis hypochond. & inflationis stomachi. Obser. 53.

PVer quidam nomine Menent, Viennensis 14. natus annos, tot tantisque affectibus languens sumpsit febrifugi ℥.vj.stomachici ℥.iij.quibus & si magnam humorum copiam deiecisset vomitu: non tamen multo melius habuit. Quare quatuor post diebus febrifugi ℥. x. stomachici ℥. iiij.dedi,quorum ope reliquiæ morborum ita profligatæ fuerunt, vt pristinæ valetudini restitutus fuerit triduo post. Est aliquid conflictu licet iterato morbi hoc monstrum debellasse.

AVRIGINIS MVLTORVM-que aliorum symptomatum Obser. 54.

VXor apparitoris nomine Gastineau Viennam suburbanum Blæs. Incolentis post diuturnum morbum conquerebatur de aurigine, oris amarore, Vigilijs, lassitudine spontaneæ, siti, sicca tussi, dyspnœa, quæ omnia fiebant ab obstructo hepate in ventriculum & venas bilem transmittente maxima in copia & si iam quinquagesimum attigisset annum. Illa autem symptoma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ta euanuerunt biduo, cùm ſumpſiſſet acinulum racemi cui incluſa erant panaceæ g̃. x. ſtomachici g̃. v. Arabica methodus mentito Galeni ſeſe prætexens nomine, ad terriculoſas medicamentorum formulas vano conſilio confugiſſet.

DVPL. TERTIANAE SPVRIAE *intermitt. Obſer. 55.*

IAcobus Iouffre agricola montem ſceleroſum Suburbium Mercienſe habitans, annos natus 40. duplici tertiana intermittente ſpuria laborans biduo fuit curatus Sumptis febrifugi g̃. viij. ſex ante paroxyſmum horis. nonne hoc medicamenti genus morbi huius curatio poſtulat?

CONTINVAE TERTIAN. IN- *termittentis tertian. quartanæ, & luis Venereæ. Obſer. 56.*

V. N. N. anno ætatis 30. temperamento calido & humido incidit primum In febrem tertianam continuam, quam profligaui phlebotomia ſecundo facta die, atque panaceæ g̃. xvj. quarto ſumptis, nam quinto aluus ad excretionem pergens, incendij cauſam ſubſtraxit: quod vt facilius conſequerer, ſitim toto Illius morbi decurſu ſolandam cenſui, & ſedandam decocto rad. acetoſæ & foliorum fragar. In iuſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

culis verò dissoluebam spiritus vitrioli q.s. ad aciditatem mediocrem, quindecim post diebus illum adorta est tertiana intermittens spuria: Sed ipsam ante tertium paroxysmum febrifugi g̃. vij. sumptis sex horas ante illius insultum, propulsaui. Vno post mense quartana hominem cum inuasisset, sumere imperaui melanagogi g̃. xv. ceraso condito inclusa pridie, quam febris ingrueret. sex deinde horis antè paroxysmum dedi febrifugi g̃. x. hisque remedijs exstinctum omnino quartanæ incendium. At verò cum omnia se habere viderentur in illo κατὰ φύσιν vno exempto, quod primis diebus οὐκ ἀξιόλογον iudicabam, scilicet virium imbecillitate tamen cum aliquantum effluxisset temporis videremque sine manifesta causa vires pessum ire, & spontaneam lassitudinem perpetuò adesse conieci aliquid subesse virulenti: quod ipse confirmauit cum mihi scissitanti respondisset non ita dudum se gonorrhœa Venerea laborasse: nam his tantum duobus signis sese prodebat. Ergo illius curationem sic aggredior, sex primis diebus singulis exhibeo panaceæ g̃. xvj. ceraso condito inclusa, vt crassior sentina per aluum eiiceretur. Sequentibus verò sex bis die sudorem elicio, haustis vini ℥. vj. In quibus dissolutæ erant hidrotici aurei ʒ. ij. antiuerolici ʒ. j. hoc tempore exacto secundæ valetudinis illi splendor amœnus affulsit. Cui medico morborum tanta series negotium non facesseret?.

PALLIDORVM COLORVM doloris capitis &c. Obser. 57.

MAria Lemaire aurifabri filia apud me conquesta est de aurium ſonitu,dolore capitis, oris amarore,inexhauſta ſiti appetitus deiectione, menſium ſuppreſsione, laſſitudine &c. annum agebat vigeſimum, temperamento humido paululumque calido; hæc cum accidiſſe viderem ab illuuie in ventriculo & meſenterio ſtagnante, vnde lieni iam imminebat obſtructio, & hepati, exhibui ſtomachici ℥. vj. in pilulam conformata, quæ cum ſumpſiſſet hora ſecunda poſt mediam noctem, vomitu ingenti, & frequenti, ante horam ſeptimam; cubilis pauimentum proluit, aluum ter depoſuit, hora vndecima melius ſe habere dixit, viuidus color die ſequenti in genis, & labiis magis ſolito enitere cœpit: At ſuperfuit grauitas capitis & tinnitus aurium, itaque trium dierum ſpatio interiecto exhibui Catharticum è ſaluia ad ℥. xvij. ſumpſit mane hora quinta, octaua ſeceſſum habere cœpit, poſt meridiem rus ſe contulit, trium milliarium iter pedibus confecit alacris,ſexieſque toto illo die reliquo inter deambulationes in aëre camporum libero aluum deiecit, ſine vllo doloris ſenſu, ſine vlla debilitate, appetitus interim ciborum reuiuiſcebat, tinnitus aurium capitiſque grauitas omnino euanuere non-

dum tamen fluxere menſes. Tantæ Hydræ, tot capita ſi breui tempore exſcindi non potuere, quid mirum?

PALLIDORVM COLORVM Obſeruat. 58.

PVellæ ſexdecim annos natæ, de frequenti cardialgia conquerenti, de appetitus deiectione, deque ſiti ardentiſſima, exhibui ſtomachici ℥. vj. ß. hæc cum ſemel euomuiſſet, biſque aluum depoſuiſſet, non ſtatim bene habuit, ſed tantum ſecundo ab aſſumpto medicamento die: ſiquidem humoribus ſublatis, non ſtatim deletur impreſſæ qualitatis character.

LVIS VENEREAE IN INfantulo ſeſquimenſe nondum nato Obſer. 59.

QVidam Mercator N. N. cum luem Veneream fœdo concubitu contraxiſſet, ſe Chirurgo Turonenſi commiſit curandum, qui mercurio non parcens in litu frequenti, enectum ferè ægrum dimiſit, tanquam vis veneni expreſſa, & deleta eſſet: Hic vxorem duxit eodem anno quæ elapſo biennio peperit infantulum, at vix vno menſe hac potius luce interiit fœdatus Venereis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

pustulis, sequenti anno alterum enixa, qui mense natus cum esset eodem morbo misere laborans mihi fuit oblatus, vt aliquid præsidij afferrem; huius etsi spes fere nulla esset, quod a generatione labem contraxisset, quodque ætas nimis tenera nullum videretur remedium admittere, nihilominus è thesauris Medicinæ aliquid depromi posse putaui, quod si non incolumem seruaret, saltem in aliquod tempus vitam protraheret. His ergo medicamentis tentaui, singulis matutinis bolum ingerendum dedi ex g̃. iij. panaceæ, g̃. iiij. conseruæ florum caryophyllorum, statimque vt cogeretur sumere cochlear vnum aquæ sequentis imperaui, ♃. aq. antiuerolicæ distillatæ ℥.iij.quibus incoxi radicis viperinæ ℥. ß. & facta colatura dissolui hidrotici aurei ℥. iij. at vlceribus, quibus palatum, fauces, nares, digitorum extrema, reliquumque corpus exedebantur, aquam ad pruriginem, admoui, his remedijs duobus diebus adhibitis vlcera visa sunt mitescere, infantulusque alacrior quodammodo; nocte vero paulò melius solito quieuit; nec mirum; cum alui fluxus a primo die inceperit, quo multa excreuit porracea, & vitellina, talem deiectionem molita est panacea; lactanti verò ne malum communicaretur, quia infantuli quibus os vlceribus eiusmodi scatet, breui nutrices infestant, hoc alexipharmacum exhibui ♃, aq. antiuerolicæ ℥. iij. spiritus aurei. ℥. j. mistis, vt mammas inungeret præcipi: decimo tandem die præter spem omnium optime se habuit,

& iam tres annos vixit ista immunis lue. Et vltra Pharmacopœorum pyxides sapere non audebit Medicus.

DOLORIS IN LATERE *Obseruat. 60.*

PVella quædam nomine Michaëla Moreau, in acutum pungentemque lateris dolorem incidit, qui vel contactu vehementior erat, nulla tamen aut ruptæ costæ, aut inflammationis externæ, vel internæ, aut flatus suspicionis occasio suberat, Et si doloris causa quem sentiebat dum animam vel leniter duceret: ne accideret inflamatio metuerem, præsertim cum menses pro solito non fluxissent, quare mittendum sanguinem curaui e basilica dolori directa; sequenti die propinauī medicamentum, ex ʒ. j. esulæ extracti confectum, quo cum multa deiecisset aluo, vermes duo vomitu exclusisset melius habuit, sequentique die dolor omni ex parte euanuit. Non tantum præsentis, sed imminentis morbi ratio est habenda.

ARTHRITIDIS *Obser. 61.*

ROdolphus Perou. arthritide correptus, cum nimis piger esset in vsu remedij prophylactici, perpessus fuit diros pedij dolores, tertio a Pascha die, hoc vt intellexi, ℥. vj. stomachici ex-

hibui die ſequenti mane, hic multa ſuſque, deque bilioſa eiecit, aquam antipodagricam admoui, dolorem ſex poſtea horis omni ex parte ſedatum retulit. Non remediorum copia ſed efficacia morbos profligat.

NOTHAE TERTIANAE *interm. in puerulo. Obſer. 62.*

FIlio Domini Mauguin ſecretarij Regij, tres annos nato, tertiana notha intermitt. a multa pituita è cerebro in partes inferiores delabente, paucisſimaque bile orta iactato, & aſtrictiſſima aluo, ſed ab omni medicamentorum genere abhorrenti, exhibui panaceæ g̃. v. cum ſyrupo ceraſorum malaxatæ, & in ceraſo condito abſtruſæ. Illius ope ter aluum deiecit ſine vllo doloris ſenſu, exin appetentia inſtaurata fuit, ſtatimque a febre conualuit. In medicina medicamentorum πολυμηχανία eſt neceſſaria.

COLICI DOLORIS *Obſer. 63.*

DOmino Yuoneto electo Regio de colico dolore conquerenti, viginti octo annos nato, temperamento calido & humido, dedi cenato, temperamento calido & humido, dedi ceraſum conditum, cuius in nuclei locum ſubſtitui pilulam vnam ex phlegmagogi g̃. xv. ſuperhau-

cto cochleari vini albi, in quo diſſoluta erant panaceæ ℥. xij. his medicamentis duodecies aluum deiecit, abſque vllis torminibus, aut cardialgia, meliuſque habuit, ſic curantur morbi ſine vlla diuturnitatis aut medicamentorum moleſtia.

DOLORIS IN VENTRICVLO *Obſeruat. 64.*

INſignis Nobilitate Dominus Salmericus annos quinquaginta natus, temperamento calido admodum, moderatéque humido, incidit in grauiſſimum ventriculi dolorem, ab humore bilioſo & pituitoſo concitatum; quod cum viderem de vomitu mihi cogitandum putaui, vt Nobiliſſimum virum quam citiſſime liberarem, illi tabellam vnam ex febrifugi ℥. vj. exhibui, (quod dolor febris tertianæ paroxyſmos imitabatur) multa bilioſa cum pituitoſis euomuit, totamque morbi cauſam ilico deieciſſet, niſi cuiuſdam impotens inuidia olei amygdalarum dulcium cochlearia quædam exhibuiſſet, ficto alexipharmaci nomine nihilominus, ante ſextam horam pomeridianam omnino melius habuit, nocteque ſequenti quod vomitu excludere non potuit propter aſſumptum oleum, per inferiora delapſum eſt. Multa in medendis morbis Medico ſunt obſtacula.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

DOLOR IN HYPOCHOND. *sinistro.* Obser. 65.

NObilissimus Dominus des Gasti propter obitum patris multo confectus mœrore, conquestus est de calore per totum corpus grassante, deque dolore in hypochondrij sinistri regione, his vt suppetias afferam, sanguinem mittendum monui, vt febrim instantem propulsarem sequenti die panaceæ ℥. x. dedi, cuius ope aluo quater deposuit nigras deiectiones, sed ex multarum horarum interuallis : in prandio non defuit appetentia, at vero cum ad cœnam accessisset, affuere oscitationes, que & ante actis diebus crebro acciderant, affuit & ἀποσιτία vtrunque a bile in ventriculo fluitante, subsequutus est vomitus, sed exiguus; noctem sequentem satis quietam duxit, alteroque die melius se habere asseruit. Tot in medendo artificia, vana sunt pseudomedicorum præstigia.

FEBRIS TERTIANÆ IN- *term. nothæ.* Obser. 66.

FIlio Ciuis Blæsensis Quentini nomine, cum febre tertiana notha intermitt. laboraret, ab humore scilicet & bilioso & pituitoso simul mi-

ictis generata, annos tres nato, exhibui febrifugi ℥. iiij. hora ſexta matutina, cum multa euomuiſſet, paroxyſmus, qui hora decima reuerſurus erat, diſparuit, Quid? & ante meridiem cum æqualibus in compito domui paternæ proximo ludentem vidi, nec poſtea male habuit. Quanam ratione melius curari potuiſſet?

INTERM. FEBRIS TERTIAnaæ Pallidorum colorum. Obſer. 67.

BLæſenſis alius Ciuis, nomine Barentini, filia triginta annos nata temperamento calido ad ſiccum multum inclinante, & per aduſtionem iam ad frigidum properante, poſt diuturnos fœdos colores, & menſtruorum ſuppreſſionem incidit in febrim tertianam notham, ab humore bilioſo multo, & melancholico non pauco contractam: Illi itaque exhibui febrifugi ℥, x. ceraſo incluſa, at cum anticiparet febris, & iam iam ad erraticæ naturam veniret, vix deglutito ceraſo rediijt paroxyſmus, qui cum vomitu incidens cauſam calumniæ præbuit ad tertium vſque diem quo febrim recurſuram & putabant, & optabant: At ſpes contrario euentu fruſtrata, ſilentium impoſuit, melius enim ex illo tempore habuit. Infœlix medicina quæ ne benefaciendo quidem calumnias vitare poteſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

TERTIANAE INTERM. SPVriæ febris. Obſer. 68.

D. Quentini cuius modo meminimus idem filius, propter malam victus rationem (iſtiuſmodi enim ætatis pueruli ſe cibis omnimodis, præſertim lacte, & fructibus horarijs ingurgitant) rurſus in eundem morbum incidit, eodem remedio eadem methodo exhibito curatus fuit. Remedia ſi certa in omnibus morbis haberemus, nec falleremur, nec falleremus.

DOLORVM A LVE VENEREA & eiuſdem Obſer. 69.

VIr Nobiliſſimus N. N. annos viginti ſex natus, temperamento calido ad ſiccum tendente, & iam iam in frigidum ἐξ ἐγκαύσεως τῶ αἵματος procliui a lue Venerea male curata natis doloribus in articulis omnibus, præcipue in iſchio vexabatur; Exhibui itaque illi panaceæ ℈. xvj. condito ceraſo incluſa, multi humores pituitoſi ſine vlla labefactatione appetitus, ſine vlla moleſtia, euacuati fuere, cumque dies quinque in vſu huius remedij perſeueraſſet omnino ſanus euaſit. Breui facilibuſque remedijs multa conſequi poſſumus, ſi artem noſtram vt par eſt excolamus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

DOLORVM MVLTIS IN partibus Obser. 70.

NObiliſſimus Dominus de Rochembeau de quibuſdam doloribus apud me querebatur, quos cum oriri viderem partim ab affluente pituita a capite in ventriculum, partim ab humoribus in meſenterio reſtagnantibus, illi exhibui extracti auri vitæ cum ſale cephalico ğ.xij.ceraſo incluſa, hoc medicamentum dentibus atterendum conſului, antequam deglutiret, nec quicquam attulit moleſtiæ (Iſtiuſmodi enim medicamenta nullum ſaporem præ ſe ferunt, præterquam eius rei, cui admiſcentur) huius beneficio magna pars cauſæ deiecta eſt; cum vero lumborum dolor ſupereſſet, ſanguinem miſi tertio poſt die, vnde factum eſt vt ſanitati prorſus fuerit reſtitutus. Quorumlibet morborum ſi cauſam exactè perpenderis, remediumque idoneum inueneris, facilis curatio deprehenditur.

QVARTANAE FEBRIS eiuſdem Obſer. 71.

VNus ex eiuſdē aſſeclis laborabat febre quartana, ſpuria cum hypochondriorū tenſione magna, illi ſumenda dedi primum quæ humores

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

præpararent, deinde ſex ante paroxyſmum horis ſumpſit febrifugi ℥. vj. cum caryophyll. conſerua, vomitu multa, aluo pauca eiecit, paroxyſmuſque non amplius recurrit, & perfectæ ſanitati reſtitutus eſt, niſi quod dolorem aliquot horis ſenſit in mamma dextra a flatibus excitatum. Dum morbum magis timendum extinguimus, non parum præſtitiſſe videmur.

TERTIANAE INTERMI. cum hypoch. tenſione Obſer. 72.

MErcatoris candelarij filius, nomine Lance, in ſuburbano Fixio Blæſenſi habitantis, graui tertiana intermitt. affligebatur ex multo phlegmate, multaque bile originem habente, vna cum magna vtriuſque hypochondrij tenſione, Febrifugi ℥. vj. cum extracto eſulæ exhibui quinque ante paroxyſmum horis, at cum febris anticipaſſet euacuationemquam moliebatur medicamentum, ſex horis eum febris agitauit, repurgatis autem partim par ſeceſſum, partim per vomitum humoribus, a febre quieuit, nec poſtea recurrit; ad obſtructionem vero in partibus, quas dixi expediendam, ſuaſi vt in potu vteretur decocto rad. petroſelini, vrticarum, & oxalidis; tribus poſt diebus omnia melius habuere. En quod quin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

quaginta decoctionum potionibus imminui non potuisset, leui medicamento delectum est.

INTERMITT. TERTIAN. spuriæ. Obser. 73.

IVuenis nomine Barbæus, annos natus xx, vexabatur febre tertiana inrermitt. ex pituita crassa, viscidaque & pauca bile nata, cuius paroxysmus erat viginti trium horarum aut plurium; vt statim liberarem exhibui, quatuor horis ante paroxysmum in ceraso condito inclusa febrifugi g. viij. cerasum vt manderet Iussi, ne suspicaretur aliquid insse medicamenti (hac enim arte fallendus fuit) nec vomitu nec deiectione purgatus, a febre omnino fuit liberatus, clystere postea iniecto multa fuere aluo exclusa. In intestina humores fuerant a primo medicamento prolecti, sed exturbari non potuerant.

INTERMITT. TERTIANAE spuriæ. Obser. 74.

PAter Hieronimus Capucinus tertiana febre intermitt. laborabat ex multa bile, & pauca pituita originem habente, temperamentoque erat calido, & sicco, ætate florenti, illi exhibui extracti auri vitæ g̃, xiiij. ceraso condito inclusa non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

detracto ossiculo, quod ego dentibus atterere præcipi, sapore cerasi nullomodo medicamenti admistione immutato, Illius beneficio ita fuit purgatus, vt nullum dolorem nisi admodum exiguum, nullum cibi fastidium senserit, hoc factum fuit die intermissionis; sex autem horis ante febris ἐπισημασίαν, vt iudicabamus sumpsit febrifugi ℈. vj cerasо vt supra inclusa, at paroxysmus quinque horarum spatio acceleratus est antequam scilicet medicamentum suas vires exprompsisset, quo factum vt ipsum febris rursus illo die tantillum vexarit, sed non postea recurrerit, pristinamque valetudinem omni ex parte recuperauerit. Non ferenda impudentia calumniantium Medicos tutam, veram, & facilem domandorum morborum methodum quærentes.

LVIS VENEREAE IN QVAdrimestri infantulo Obser. 75.

Infantulus menses quatuor natus lue Venerea in matris vtero contracta laborabat, cui panaceæ ℈.iij. cum conserua florum caryophyllæorum mista singulis matutinis vt ingererentur imperaui, super haustis aurei hidrotici ʒ. j. decocti antiuerolici ℥. ß. horum in vsu cum decem dies perseuerasset, vlceribusque admota esset aqua tergens & exsiccans, pristinæ redditus est sanitati, Tanta esse

debet Medicorum ſolertia, vt nullum morbi genus indomitum relinquant, quum Natura vires non negat.

DVPLICIS TERTIAN. INTERmitt. ſpuriæ, Obſer. 76.

DOminæ Bigot, Blæſenſis filius annos natus duodecim, temperamento ad ſiccum & quodammodo frigidum inclinante, incidit in duplicem tertianam intermitt. ex humoribus pituitoſo, melancholico, & bilioſo pari fere copia miſtis, iamque languidus & admodum macilentus ægram trahebat vitam; ipſi cum viderem humores maxima ex parte ad fluxum paratos, quum primum inuiſi quatuor ante paroxyſmum horis, exhibui febrifugi g̃. vij. ceraſo condito ita occultata, vt medicamenti ſuſpicionem fefellerint, tribus horis elapſis cardialgiam ſenſit exiguam, mox aluum depoſuit quater, febris interim recurrit hora ſolita, ſcilicet ſecunda pomeridiana, ſed quadruplo minor; hora ſexta euomuit bilem porraceam, meliuſque habuit. Hodie verò ſecundo a purgatione anno tam proſpera fruitur valetudine vt omnes qui antea vix ad menſem victurum credebant deceptos ſe gaudeant, tantæ fuerunt huius medicamenti vires.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

CATARRHI *Obſer.* 77.

D. Priorisſa Sanctæ Veronicæ in ſuburbio Blæſenſi, annos nata ſeptuaginta quinque, magno oppreſſa catarrho in ventriculum, & in inteſtina delabente, vnde & appetitus deiectio & tormina, aderat etiam capitis dolor perpetuus, a me patiit auxilium, aſſeruitque ſibi magna symptomata ſemper inuecta fuiſſe a medicamento cathartico, vt pote cardialgias frequentes, & tantas, vt vox & omnes ſenſus deficerent, tantoſque ſudores erupiſſe vt morti proxima videretur, Ego & cauſam morbi perpendens, & vires, obtuli panaceæ g̃. x. ceraſo condito incluſa, quod cum ex præſcripto dentibus attriuiſſet, nucleumque dudum ore volutaſſet, mirata eſt nil ſe deprehendiſſe alieni, ſibique impoſitum crediddiſſet, niſi poſt meridiem multa, ſine vllo tamen doloris ſenſu, excreuiſſet per inferiora, ingentemque pituitæ copiam abſque vlla moleſtia vomitu eieciſſet ſequenti die melius habuit, paulatimque priſtinam ſanitatem recuperauit. Veræ medicinæ mirandi effectus.

COLICI DOLORIS *Obſer.* 78.

D. Texier Electorum Blæſenſium præſes cum ab annis duobus diris colici doloribus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

per interualla fuiſſet afflictus, Auguſti initio ob fructuum eſum, fortaſſe & acetariorum ſenſit morbum eundem radices in ſeſe penitus egiſſe: iam deiecta erat appetentia, iam non leuia tormina in inteſtinis detonabant, cuius rei medelam expoſcenti, & a pharmacis vulgari modo paratis, ſæpe ſine fructu, magna cum moleſtia aſſumptis abhorrenti, dedi panaceæ, & extracti auri vitæ ſingulorum g̃. v. ceraſo incluſa, quod cum mandiſſet, ſaporem ceraſi nil a medicamento immutatum, non ſine admiratione deprehendit, effectus magis admirandus, nam primo die nouies, ſequenti quinquies, tertio ter vel quater, quarto bis aluo mere pituitoſa excluſit, ne minimum quidem labefactato appetitu, immo in dies augeſcente dolor interim omni ex parte euanuit, quem vt poſthac in multos annos excluderet, conſului ab aquis Pugenſibus præſidium petendum. Poſſunt medicamenta ori gratiſſima, corpori vtiliſſima parari, niſi ſpes lucri ad quorundam aſſentationem transferret Medicorum ingenia.

FEBRIS CONTINVA
Obſer. 79.

NObiliſſima Domicella des Cabocieres cum febre continua laboraret, mortemque potius, quam pharmaca ſeſe admiſſuram pertinax conſtituiſſet, tandem intellexit me poſſe medica-

mentum illi commodissimum palato gratissimam exhibere, ad me misit hominem, qui & morbi historiam litteris consignatam attulit, obnixe vt opem ferrem poscens: facilius dari posse quam in ceraso condito non credebam, Ipsi ergo inclusa panaceæ g̃. x. misi; cum vero nulla posset admittere condita, seipsam vincere conata, ore volutauit cerasum, dentibus attriuit, quod intus reconditum facile deglutiuit, cerasum verò cum nucleo expuere fuit coácta, octies aluum nulla cum molestia deposuit: febris interim maxima ex parte imminuta est, quod cum sæpe apud se perpenderet, dicere solitam audiui: Sibi mira videri hominum deliramenta, qui damnarent tam salubris pharmaci genus, relatum enim illi fuerat hæc medicamenta ignibus ipsis esse vehementiora interanea exurere tormidibus discruciare: Et hæc quidem lucro quam honori magis inhiantes in vulgus spargebant. Inuidia ignaros armis calumniæ, sed ridiculis prætexit.

FEBRIS TERTIANAE SPVriæ. Obser. 80.

ANcilla Daminæ de Lauernot febre tertiana cotrepta, a multo phlegmate, humore melancholico, & bile porracea paucioribus nata; petiit a me auxilium. Illi octo ante paroxysmum horis exhibui febrifugi g̃. vj. cum cerasorum sy-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

rupo malaxata, nec postea recurrit febris, appetitusque iam a multis diebus deperditus, omni ex parte restitutus est eo ipso die, immo vt & ipsa referebat maiorem quam vnquam fuit adepta; nec mirum materia febrili a stomacho per vomitum, & a mesaraicis venis per secessum repurgata. Qui volunt Medicorum doctrinam pyxidibus quibusdam includere, videant, num suis vel minimam curationis tantæ partem medicamentis possint assequi.

QVARTANAE SPVRIAE *Obseruat. 81.*

VNa ex D. de Meules ciuis Blæsensis filiabus, quæ apud Dominum Chapelier secretarium Regium educatur, annos nata nouem, temperamento ad melancholicum inclinato, laborabat febre quartana notha, ab humore pituitoso, & melanch. contracta, ad eam vocatus dedi duobus intermissionis diebus aureæ essentiæ g̃. iiij. ceraso condito inclusa, ne medicamenti subesset suspicio, Illa nil extra corpus eiecêre (parandis enim humoribus & domandis dicata sunt eiusmodi pharmaca, non expellendis) die verò tertio sex ante paroxysmum horis, dedi febrifugi g̃. vj. ceraso etiam condito inclusa, multa statim euomuit, ter aluum deiecit, fastidium cibi ad vesperam vsque perdurauit, cum præsertim recurris-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ſet febris, at ſolito minor & mitior, que poſtea ſex paroxyſmis curſum totum peregit Vindemiarum tempore, in prædio racemis præſtantiſſimis fœcundo, a quorum eſu etiam immoderato, quis eius ætatis puellas deterreat? Etſi vitæ ratio in curandis morbis non parum poſſit.

FEBRIS TERTIANAE. CONTInuæ Cardialgiæ, Obſer 82.

QVidam Ruſticus nomine Barbary, collem illum viniferum incolens, quem vocant leſgroiz iam ab vndecim diebus febre tertiana continua laborans nullo adhibito præter phlebotomiam remedio, me acciuit: Illi cum febrim vehementem viderem, ab accenſa bile, pituitaque in venis maioribus putreſcente, coniunctam cum magna ventriculi debilitate, ob illuuiem & bilioſam, & phlegmaticam in eo fluitantem, vnde cardialgia perpetua proxime ad deliquium accedens, indeque capitis dolor, præſertim anteriori in parte intolerabilis, ἀποσιτία, perpetua iactatio, & vigiliæ duplicabantur, vnde etiam putredo in venis & fouebatur, & augmentum capiebat: his vt mederer panaceæ vomitiuæ ℥. viij. ceraſo condito incluſa exhibui, multis per vomitum eiectis & pituitoſis, & bilioſis ceſſauit cardialgia, multiſque per aluum ſubductis febris omnino euanuit, adhibita porro victus ratione conuenienti, præter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ſpem omnium conualuit: In morbi curatione non tantum coniunctæ cauſæ, ſed & anteceden-tis ratio eſt habenda, & vtraque ſtatim, ſi moræ non ſit locus tollenda.

FEBRIS A PAROTIDE Obſer. 83.

FIlia Domini d'oruille I. C. cauſarum actoris Blæſenſis triginta menſes nata, cum ſcabie circa oſſium petroſorum regionem orta laboraret, illique ſuaſu quarundam muliercularum combuſta, pannos admouiſſet mater, ſtatim ſcabies reſiccata fuit, & in colli parte auri ſubiacente, intumuit glandula cum inflammatione, & febre, quæ non ſine cauſa terrorem vtrique parenti incuſſere, tum enim graſſabatur peſtis: At cum me conſuluiſſent, vt ex animo terrorem excuterent hortatus ſum, puellamque breui conualituram, niſi quid diuinitus accideret, aſſerui: cúmque a cerebro ingentem phlegmatis copiam purgandam animaduerterem phlegmagogi ℈. vj. ceraſo condito incluſa incautæ exhibui, quibus omnia ex voto ſucceſſere, quod per aluum bellè expurgati fuerunt humores noxij, tumori admotum eſt reſoluens medicamentum. Præcipiti iudicio tanta in diſſimilibus morbis ſimilitudo imponeret.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ARTHRITICI CATARRHI Obser. 84.

NObilissima Domicella N. N. cùm catarrho arthritico in bracchium decumbente laboraret, a me petiit vt meis ipsam medicamentis curarem; Illi, quod cerebrum huiusce affectus causam animaduerterem, vapores ab inferioribus visceribus exceptos, in pituitam conuertens, quam in illam partem amendabat, dedi cholagogi, & phlegmagogi añ. ℈. vij. ceraso condito inclusa, dentibus illud attereret imperaui, mirabatur illa se nihil alieni a ceraso saporis sentiscere, tribus postea horis iusculum hausit, septies aluum deposuit absque vlla molestia, aut minimi doloris sensu, licet catarrho iam iam magnopere commoto, diuersasque corporis partes impetente vexaretur, toto illo die admota aqua antipodagrica optime habuit, & sequenti, at sub noctem pituita acida è cerebro defluens stuporem maximum dentibus attulit, cui cum biliosus humor tandem admistus esset, & fauces adoriretur, inflammationem effecit in paristhmijs, quæ sanguinis missione, cucurbit. gargarismo astringente, & refrigerante, fotuque eiusdem qualitatis repressa fuit in catarrho, vt in Hydra, vno capite abscisso alia statim pullulare vides.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

FEBRIS QVARTANAE SPVriæ Obseruat. 85.

MEodunensi cuidam sartori; cum quartana iam ab vno mense vexaretur, exhibui febrifugi. g̃. vj. quibus febris profligata deinceps non recurrit. En quod difficillimum putant, facile reddit medicamenti efficacia.

DOLORIS IN VENTRICVLO Obser. 86.

MErcator quidam nomine Vernon ad pontem Chusiacensem habitans, temperamento bilioso, iam ad melancholicum vergente, graui in ventriculo dolore, qui ab humore bilioso, & pituitoso oriebatur diuexatus, ad me confugit; Illi ergo imperaui vt sumeret panaceæ g̃. vj. stomachici g̃. vij. (nec enim licuisset per intensissimos dolores, tensionem ventriculi maximam, frequensque deliquium, quæ breui futurum exitium minabantur, remedijs imbellibus quicquam tentare, quod iam cum magna molestia sine vllo fructu aggressus fuerat) en cum medicamentum mole exiguum, efficacia magnum, humores parietibus ipsius ventriculi affixos separaret, aucta est cardialgia, vnde animis eorum qui aderant infusa desperatio, at mox vomitu subsequente, ex-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

clusisque magna ex parte humoribus, vultu in melius mutato, alacritatem concipere visus, paucisque horis omni ex parte restitutus integræ valetudini. Qui maledicentiam inuidorum timuisset, hominem dirissimo cruciatu perire, quam ex arte faciendis incumbens, apud vulgus de fama periclitari maluisset, vt postea accidit cum Blæsis abessem; Illum enim dum curare vult alius par secessum, (vomitum siquidem peius angue vitandum hortabatur) hac luce priuatum vidit illicò.

DE DOLORE DENTIVM Obser. 87.

NEscio quo fato accidit, vt eodem die quo cum doctissimo viro D. R. L. medico Regio de dentium dolore, ab aëris appulsu, non autem a catarrho, in promptu placando multos sermones contulissem, pertinaciterque ille negaret id nisi narcoticis fieri posse, sex, aut septem sub vesperam ad me se contulerint, vt dentium intolerabilem dolorem placarem; Ex illis fuit D. Texier Electorum Blæsensium præses, D. de Chassay, Honestissima Matrona Domina Chandelier, illorum votis satisfeci odontalgico meo, cuius effectus quicunque rimari poterit, cognoscet nil prorsus inesse narcotici: Hæc fere habemus vt omnia esse talia contendamus, qualia in animo finximus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

LANGVORIS Obſer. 88.

IN noſocomio dedi ſeni cuidam elanguido panaceæ ℥. xvj. racemi acino incluſa, ſed cum calor imbecillior eſſet quam ad actum redigere poſſet medicamentum, opus fuit clyſteris adminiculo, quo ſane miraculi inſtar e certiſſimo interitus naufragio fuit reuocatus, Remedium, etſi præſtantiſſimum nos iuuare nequit interdum, niſi & aliunde auxilium petatur.

PALLIDORVM COLORVM Obſer. 89.

PVella viginti quinque annos nata, in ſuburbio Viennenſi, incolens ædes quibus pro inſigni tres dependent Mauri, in maximum languorem inciderat, nam nec ambulare iam poterat præ nimia corporis grauitate, pedes intumeſcebant, facies œdematoſa, labra pallore ſordeſcebant, arebat lingua, fauces amaror vexabat, appetitumque deiecerat Ventriculus multis variiſque infartus excrementitijs humoribus, in illo partim congeſtis, partim aliunde affluentibus, qui & menſtrua iam a multis menſibus fluere impedierant. His ego vt mederer, cauſamque tantorum malorum tollerem, ℥. vij. ſtomachici mei cum armenij mali carne malaxata exhibui, hoc remedio bis

vomuit, ter aluum deiecit, at ſtatim cum calor natiuus vires ſuas reciperet, intactas prius cruditates concoquere aggrediens flatus excitauit, qui in hypochondrium ſiniſtrum præcipuè debacchati fuere; quibus ſymptomatis vt remedium opponerem, dedi radicis Xalapæ vocatæ ab Hiſpanis ʒ. j. ß. decoctum; quo cum per inferiora reliqui humores noxij fuiſſent purgati, paucis diebus priſtinæ fuit reſtituta ſanitati, menſeſque fluxere. In fœdis virginum coloribus ſupprimuntur menſes, vt plurimum a cruditatum copia quæ ſanguificationem peruertens, myriadem ſymptomatum inuehit.

EIVSDEM AFFECTVS Obſer. 90.

ALtera in eodem ſuburbio degens, eodem affectu laborans, ſed longe grauiori huic ſiquidem non tantum partes inferiores, ſed & ventriculus, & facies admodum intumuerant, támque ægrè animam ducebat, vt ſuffocationem iam iam imminere dixiſſes, a duobus annis menſes conſtiterant: his vt mederer poſcenti dedi ſtomachici ℈. vij. ß. ceraſo condito incluſa, quod ſub mediam noctem dentibus attritum deglutire iuſſi, breui tempore ſentinan in ventriculo deliteſcentem eiecit, ſequentique die melius habuit; quarto illam purgaui ℈. xij. phlegmagogi, cum paſſu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

passulæ pulpa malaxatis, cumque effectus spem meam non fraudaret, omnino se incolumen postridie asseruit, vt ex vultu satis erat manifestum. Videant quid agant quicunque in omnibus fœdis puellarum coloribus, nil habent antiquius quam vt sanguinem mittant è saphena.

ASTHMATIS Obser. 91.

VEtula fructiuendula, & annis, & gibbo grauis Blæsis in turri portæ Carnotensis degit, quam Charontis cymbam affectare iam cogebat exundans in pulmones catarrhus, à quo asthma respirationem præcludens ortum fuerat, dedi stomachici ℥.iiij. phlegmagogi ℥.viij. itaque multis per superiora, perque inferiora eiectis pituitosis sana euasit. In istiusmodi morbis considerare opportet quod dum in tracheam, & pulmonum bronchia sese insinuat phlegma tenue, crassius per œsophagum in ventriculum delabitur, illiusque parietibus ita affigitur. vt ægerrimè possit auelli: interim vero dum calor natiuus concoctionem aggreditur imbecillior, excitari flatus est necesse, qui ventriculum inflantes, diaphragma opprimunt, vimque pulmonum, qua ad excreationem insurgere oportet, infringunt. Itaque ventriculo primum exonerando consulendum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

EIVSDEM Obser. 92.

VEtula altera decrepita Mercij suburbanum montem scelerosum vocatũ inhabitans, nomine Hilareta Gobin cum iam videretur animam efflatura, eodem oppressa morbo, a me poposcit opem; Ergo cum tanti mali causam perpenderem, nec inducias pacisci morbum, de promptissimo in illis affectibus remedio mihi cogitandum putaui, stomachicum itaque ad ℈.vj. extractum aureum ad ℈. v. cum melle malaxaui, & statim deglutire iussi, multis susque, deque reiectis melius spirare cœpit, cucurbitulas insuper scapulis admouendas præscripsi, vt humores defluentes diuerterem, quod an factum fuerit nescio, certior tamen factus sum de recuperata valetudine. Non nisi cocta sunt vacuanda, sed si tempus nobis non fuerit concessum, crudis humoribus vacuatis seruare ægrum, quàm dum coctioni insudamus, in certissimo periculo ipsum relinquere satius est.

DOLORIS IN VENTRICVLO Obseruat. 93.

NObilissima Domicella de Rougeou & annis & longis morbis debilitata, me accersiuit, vt si quid possem, illius malis succurrerem, etsi iam sæpius deterrita fuisset, ob sparsos in vulgus fal-

ſos de meis remedijs rumores, vt & ipſa mihi narrauit, tamen coacta fuit morbo & vulgarium remediorum terrore; nam illa omnia auerſabatur ventriculus, admodum grauatus humore pituitoſo a cerebro diffluente, bilioſo ab hepate tranſmiſſo, melancholico a liene exundante, vnde fiebat vt tametſi os paululum amareſceret, nec ſiti, nec inappetentia vexaretur: hoc primum vt tollerem, fruſtra enim reliqua tum fuiſſem aggreſſus, ℈. v. melanagogi, cholagogi, & phlegmagogi añ. g. iij. ſtomachici ℈. ij. ceraſo condito incluſa dedi, & vt ſequenti die ſumeret, & manderet iuſſi, hoc cùm feciſſet mirata eſt primò quod remedium palatum fefelliſſet, deinde quod ſepties aluum deieciſſet, ſine cardialgia, ſine vomitu appetitus deiectione, aut torminibus, & ſi autem ventriculus ſecundo poſt die melius habere cœpit, nihilominus quod omni ex parte curata non fuiſſet medicamentum calumniæ expers non fuit.

ISCHIADIS Obſer. 94.

OEnopolæ in ſuburbano Blæſenſi Burgonouo habitanti, pro cuius ædibus cygnus inſigne pendet, in coxendicis dolorem incidit à fluxione humoris pituitoſi, ſalſi è cerebro, & bilioſi è ventriculo & hepate facta, cùm clyſteres, non admitteret, de purgando corpore cogitaui, quod illi difficillimum videbatur, propterea quod nul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

lum vnquam medicamentum ſumere potuiſſe referebat, præter mannam, & tabellam diacarthami ſed cum neutrum morbo conueniret, exhibui panaceæ vomitiuæ ceraſo condito incluſæ g̃. xv. ceraſumq. dentibus atterere iuſſi, quod libẽter fecit, nucleumque per horam in ore volutauit, bis vomuit, multa per ſeceſſum excluſit, die tandem ſequenti è baſilica iſchio dolenti directa ſanguine miſſo bene habuit. At vix nouem diebus elapſis in eundem morbum incidit, repetitaque panaceæ doſi, ſine vllis admotis conualuit peracta medicamenti actione. Dum nil immutatur in recidiua, nonne ijſdem oportet vti medicamentis quæ ad morbum præcedentem expugnandum idonea fuere?

CATARRHI Obſer. 95.

VXor aurifabri Blæſenſis, nomine le Maire, cum catarrho in pulmones laboraret, me adiit, vt aliquid in tanto malo ſolatij habere poſſet, cumque purgandam eſſe viderem, ne in phtiſim delaberetur, eo enim vergere videtur, eſt enim præter modum macilenta, ſtatura breui, amplo capite, annis ſupra ſexaginta nata, temperamento bilioſo ad melancholicum propendente, exhibui illi phlegmag, g̃. viij. cholagogi g̃. v. acino paſſæ vuæ incluſa, quibus quater aluo multa cum bile phlegmata deiecit, ſemelque talia euomuit ſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ne vllo incommodo. Nullum eſt medicamentum tam facile, tamque benignè per aluum purgans, quod in quibuſdam naturis vomitum ciere non poſſit.

CATARRHI Obſer. 96.

MErcator Blæſenſis nomine Iohannet iuxta ædem diui Iacobi habitans, cum in inflammationem oculi incidiſſet ab humore pituitoſo & ſanguineo à cerebro in illum delabente, nec tamen clyſterem; nec phlebotomiam, ne cucurbitulas quidem admittere vellet, obnixè rogauit vt catharticum exhiberem, quo humor pituitoſus cerebrum inundans (vt admonebam) purgaretur, illi panaceæ dedi ℈. xvj, phlegmag. ℈. iiij. ex ceraſo condito. horum ope omnia votis ſucceſſere, niſi quod inflammatio omni ex parte ſublata non fuerat: Si quidem a phlebotomia inchoandum erat, ſi æger obſequi voluiſſet.

FEBRIS TERTIANAE NOthæ intermitt. Obſer. 97.

CIuis Blæſenſis opulentiſſimus D. Champion ſexaginta ſex annos natus, febre tertiana notha correptus fuit, quam multa pituita in venis meſaraïcis putreſcens faciebat pauca bile admiſta, cauſæ morbificæ, & temperamenti pau-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

lulum ſcilicet frigidi, & ſicci ratione habita, catarrhique inſuper in pulmones delabentis, confectum eſt medicamentum, ex panaceæ g̃. xvj. phlegmag. g̃. iiij. febrifugi g̃. vj. quæ ceraſo condito incluſa, non detracto nucleo, mandenda illi offero, deglutiit cum voluptate, pœnitereque incœpit quod ab eiuſmodi medicamentis pſeudomedicorum, & illis dominantium ſermone damnatis abſtinuiſſet: at effectus ſubſequutus in admirationem rapuit maiorem, nam ſine vllo dolore octies aluo excluſit qualia oportuit: quid? ſequenti die paroxyſmus quintus, qui reuerſurus fuerat, non apparuit, meliuſque deinde hebere cœpit, nec reuerſa febris. Catarrhus nihilominus cum non deſineret, cucurbitulas ſcapulis affigendas præſcripſi cum ſcarific. tertioque ab illo die iterum purgaui, panaceæ g̃, xv. & phlegmag. g̃. iij ceraſo vt prius incluſis, nulla in ſapore ceraſi facta mutatione, tandemque melius habuit, præter multorum ſpem, qui de illius ſalute dubitare ſeſe profitebantur, propter talium remediorum vſum: quod enim ignoramus, ne nobis dedecori vertatur, criminari oportet.

ARTHRITIDIS. Obſer. 98.

D. Texier Electorum Blæſ. præſes, cum in pedium defluente humore arthritico laboraret, me rogauit arte medica præſtarem, vt ante

quartum diem munus obire ſibi liceret, & ſeſe in neſcio quem locum conferre, cogitaui primum de repurgando humore morbifico, ſcilicet pituita acida: itaque illi confeci medicamentum ex phleg. mag. ℈. xvj. ceraſo incluſis, his optime purgatus fuit, materiamq́ue antecedentem detraxi, túmque cum cauſa coniuncta pugnaui aqua mea antipodagtica, qua compos voti die tertia per vrbem inceſſit, dieque ſequenti quocumque ſe conferre pro voluntate licuit, ſine vllo dolore. Multa fiunt ex arte, quæ artem ſuperare videntur.

RVBORIS IN FACIE Obſeruat. 99.

IDem cupiens ruborem & genas, & naſum occupantem multiſque inſuper puſtulis comitatum delere, ad me venit, vt ſi quid poſſem auxilij afferre, non recuſarem, hoc cum arduum eſſe cognoſcerem, aliquantum mihi temporis concedi volui, vt & remedium excogitarem, & inuentum pararem, tandem confeci aquam, qua intincti lintei partibus dictis apponeretur veſperi, cum dormiturus lecto incumberet, hoc vix quater fecit, cum & puſtulæ euanuere, & rubor fere diſparuit. Hoc tentetur vulgaribus remedijs licet, non tamen perficietur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

DOLORIS AD CLAVICVLAM Obſer. 100.

CVm Illuſtriſſimus Comes Chiuernius Blæſ. Carnut. Dun. Vindoc. &c. gubernator me accerſiiſſet, vt dolori ad clauiculam mederer, primum ſanguinem detrahendum conſului, quod & Nobiliſſimi viri temperamentum humidum, & calidum, humoris præterea calidi in partem illam defluentis qualitas indicabant: At ſequenti die corpus eſſe purgandum cum monerem, ille prorſus renuebat, quod nulla vnquam Medicorum induſtria, nulla morbi ſæuitia potuerat adduci, vt caſſiam, aut manna ſumeret, quæ ab aliquibus panaceæ habentur & leuiſſimo (vt ſtolidè cornicantur) negotio cuilibet ægrotanti poſſunt exhiberi, deterritus quippe erat & mole medicamenti, & ſapore faſtidioſo. At ego, vt & illius palatum, & ventriculus aliqua cum auiditate medicamentum admitterent totius incolumitati idoneum, mali armeniaci conditi portiunculæ ℥. viij. pendenti, extracti aurei ℥. vij. panaceæ ℥. vj. incluſi, medicamentumque exhibui nec mole moleſtum, nec ſapore iniucundum; quo aſſumpto ſexies deiecitillioſa multa, paucis admodum pituitoſis admiſta, ſine vllo torminis ſenſu, ſine appetitus labefactatione, aut vlla moleſtia; parti dolenti ceruinam medullam cum aqua vitæ admoui, meliuſque ha-

[..]buit. Medicus qui, tanquam gregarius veruex, [..]ritis aliorum vestigijs tantummodo insisteret, multos ἀφαρμακεύτους ἐᾶν magno cum pudore suo & illorum detrimento cogeretur.

AVRIGINIS Obser. 101.

NObilis Domicella le Ragois temperamento bilioso ad melancholicum inclinante, XL. annos feré nata, ab obstructio hepate in aurigi-nem incidit, quam multa symptomata comita-bantur, sitis inexhausta, dolor ingens capitis, vi-giliæ, alui pigrities, ἀσιτία tanta, vt iam iam ἀποσι-τία imminere videretur: quibus ego medendum consului, per vomitum, perque alui deiectionem, hoc me consequuturum speraui medicamento, quod accipiebat g̃. viij. panaceæ, & stomachici g. vj. ceraso condito inclusa; nec euentus spem fe-fellit, vnico siquidem vomitu biliosa exclusit, vnde oris amaror, sitis, & dolor capitis leuati fue-runt, subsequutæ sunt & per inferiora deiectio-nes sex, quæ singulis diebus ad septimum vsque, eodem in numero perseuerarunt nulla ex parte viribus labefactatis, tandemque melius habuit. At quatuor post menses recidiua calumniam attulit medicamento.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

DVPL. TERTIANAE INTERM. *ſpuriæ* Obſer. 102.

NObilitate clarus D. de Rilly ætatis anno xxv. temperamento calido ad ſiccum inclinante, fuit correptus febre duplici tertiana intermitten-te a bile multoque phlegmate extra vaſa putre-ſcentibus, cui, vt paucis diebus mederer poſcen-ti, quod quarto ab illo die longum iter ſuſcipere negotia cogerent, recepi intra diem tertium proſ-peræ valetudini reſtitutum iri, qua in re vt me ve-racem cognoſceret, ſumendum dedi eo ipſo die quo me conuenit, hora ſecunda pomeridiana ce-raſum cui incluſa erant febrifugi g̃. vj. vnde fa-ctum. vt fruſtra paroxyſmum, qui hora ſexta pro more fuerat venturus expectarit, & ſi ſemel tan-tum ſed copioſe aluum ſine cardialgia depoſuerit: die ſequenti hora quinta matutina panaceæ g̃. xv. ceraſo item condito incluſa vt ſumeret im-peraui, hocque remedio reliquijs morbi profliga-tis, non reuerſus febris alter paroxyſmus, qui hora vndecima ſolebat recurrere, exin incolumis ſeſe potuit itineri committere. Morbi quorum cau-ſa extra vaſa eſt, non magno expugnantur nego-tio, nec longo temporis interuallo ſi remedijs vta-mur idoneis.

PARASYNANCHES
Obseruat. 103.

EIdem cum aliquanto post tempore incidisset in parasynanchen, misi sanguinem, gargarismúmque confeci ex aqua fontana, cui spiritus vitrioli addidi q. s. ad aciditatem: hocque remedio statim conualuit. Non inutilis in medicina, nedum noxius spiritus vitrioli, dum ab imperito non tractetur.

DOLORIS CAPITIS PER consensum ventriculi
Obser. 104.

ILlustrissimæ Dominæ de Bouuille molesto capitis dolore, oris amarore, laboranti, quæ fellis a calidiore hepate regurgitationem excipiens ventriculus faciebat, exhibui purgationis ergo extracti aurei g̃. vij. cholagog. g̃. iiij. condito ceraso inclusa, quod cum mane dentibus attriuisset, omniaque præter nucleum nullo cum fastidij vmbraculo deglutiisset, mirata est tam paruam molem tantos effectus præstitisse, tantam euacuationem tam paruos corporis motus excitasse, vt nulla ex parte labefactata fuerit illius œconomia. Intemperiem verò iecoris iusculis, & palato gratis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

& morbo domando idoneis correxi. Neſcio qui iam effutire poſſit inuida ignorantia.

LANGVORIS AB OBSTRVCtione meſenterij. Obſer. 105.

EIuſdem filius annos tres natus cum longo lentoque morbo langueret, nec manna illi nec caſſia exhibita profuiſſent (nam cum nulla poſſet admittere alia, vires iſtis medicamentis nouæ erant comminiſcendæ, ne hac in re tam diues medicina videretur inops) mihi narrata morbi hiſtoria animaduerti multis cruditatibus illius meſenterium eſſe infartum, at præterea vermibus ſcatere, & a medicis qui illi ſemper affuerant hoc ipſum iudicari mater referebat; qua in re ſibi ipſis pugnare videbam, nam ſi vermes cur manna & caſſia expugnare tentabant? Si crudi humores, quam vim aduerſus illos eiuſmodi remedia nanciſci potuere? manſo ergo ceraſo condito, cui medicamenti phlegmagogi g̃. x, erant incluſa: res ita ſucceſſit, vt parentum votis valetudo reſponderit Apage qui commentis tam inſignem artem criminantur.

CARDIALGIAE Obſer. 106.

RVſticus nomine Langeais, graui correptus cardialgia, & dolore in ventriculo a me po-

oſcit opem, illi ergo exhibui ſtomachici g̃. vij. ultis eiectis per vomitum, vtcunque melius ha-uit. At cum quinque poſt diebus eum barbi-onſor inuiſeret, ſuaſit vt alijs vteretur medica-entis, hauſto ergo pargante ex catholico, cui ultum dacrydium eſſet admiſtum, illius vio-entia, incidit in dyſenteriam, vnde ſi mors con-equuta ne mirere.

CACHEXIAE Obſer. 107.

VIdua Ruſtici Vinolienſis, nomine Alexan-dri Daniou cum multis mœroribus confe-ta in cachexiam incidiſſet phlegmaticam, ob er-orem ventriculi, & lienis; qui iam iam ſupra mo-ium intumeſcents, illi animam fere præclude-ant, ſomno vel quiete priuarant, denique ἀποσι-ίαν, inexhauſtam ſitim, pedum tumorem œde-nentoſum, capitis dolorem, oris amarorem inue-erant; Itaque cum peteret auxilium, aduerſus antam vel vrgentium ſymptomatum copiam cu-ationis aciem non eſſe ſtruendam cogitaui, cau-am vel maximam eſſe oppugnandam primum: quod me aſſequuturum confidi, ſi ſtomachici g̃. iij. ſumeret, ſi in ſiti vteretur decocto rad. filicis, & petroſelini, ſi denique ſingulis matutinis ouum orbile cum nucis myriſticæ puluere hauriret: úmque hæc non caruiſſent effectu, ſcilicet ſto-machico illuuies tota ventriculi fuiſſet deiecta: vix

quinque diebus exactis conualuit. En vt methodus iuncta remediorum efficacium vsui potest miranda præstare.

PALLIDORVM COLORVM *Obser. 108.*

PVella cubicularia Domicellæ du Caurroy, viginti annos nata fœdis vexata coloribus, asthmate, appetitus deiectione, vigilijs perpetuis, dolore capitis, mensium supressione, aliisque symptomatis, cum iam infinita prope remedia, diuturnus apozematum vsus, medicamentorum purgantium repetitiones, sanguinis missio & è cubito, & malleolo nil profuissent, immo in peius quotidie deturbarent, monita fuit a medico cuius opem implorarat, vt bono esset animo, non posse tantum morbum curari, nisi longo post remediorum vsum, temporis spatio: At cum duo menses elapsi fuissent, tandem magno victa dolore me supplex orat vt aliquid solatij afferrem. Illi itaque exhibui stomachici g̃. viij. ceraso condito inclusa, cuius beneficio cum multa vomitu & aluo exclusisset, nox sequens illam dulci quiete beauit, reliquaque omnia euanuere symptomata. Nodum in scirpo quærere videntur tot tantaque remedia præscribentes aduersus morbos, qui vno & exiguo possunt percurari.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

INFLATIONIS VENTRICVLI *Obſer.* 109.

GEntianus Boiſſon ruſticus calceam comitis pagum incolens xl. annos natus inflatione ventriculi laborabat tanta, vt & abdomen iam flatibus in tumorem magnum attolleretur, animamque difficillime duceret, hunc expugnaui morbum ℥. x. ſtomachici, & vt ventriculus roboraretur, calorque ei maior afflaretur, illum iuſſi ſingulis matutinis ouum ſorbile deglutire, admiſto puluere nucis myriſticæ aliquantulo, vnde factum vt optime poſtea ſe haberet. Errant qui reſpirationis difficilis cauſam in pulmones ſemper reiiciendam putant.

DOLORIS DENTIVM A CAtarrho *Obſer.* 110.

D. Pepinus V. I. C. cauſidicus Blæſenſis temperamento humido, & calido inciderat in vehementem dentis dolorem à catarrho frigido è cerebro defluente; Illi ad tempus ἀνωδυνίαν odontalgico conciliaui, at ſequenti die humorem illum purgandum cum conſuluiſſem, ſumpſit mane panaceæ ℥. xv. ceraſo condito incluſa, quibus cum humor noxius per inferiora

purgatus fuiſſet, ſequenti die vt catarrhi illius radices ſuccinderem; ſanguinem miſi e mediana dextra, ad ℥. viij. hiſque remediis conualuit. Si in morborum curatione fieri poſſint, quæ ſunt facienda, bene habere ægros neceſſe eſt.

TERTIANÆ INTERM. SPVR. Obſer. 111.

HOneſtiſſima Matrona D. Prouendier, temperamento ſanguineo, xxxv, aut xl annos nata laborabat febre tertiana, quam inuexerat multus humor pituitoſus in venis meſaraicis & ventriculo reſtitans, vna cum pauco humore bilioſo, ſerius a me popoſcit opem deterrita falſo de meis remedijs rumore in vulgus ſparſo, tandem coacta vi morbi me accerſiuit, vtque tam importunæ febris radices euellerem, quæ vix trium horarum daret inducias, obnixè petiuit, huius votis me ſatisfacturum putaui, ſi febrifugi g̃. viij. racemi cocti acinulo incluſa ſumeret ſex ante paroxyſmum horis, quare cum ſubſequuta fuiſſet euacuatio humoris morbifici, non amplius recurrit febris, ſecundæque fuit ipſa reſtituta valetudini,

DVPLICIS TERTIANÆ INtermitt. Obſer. 112.

VIticolæ mei vxor in agro Chiuerniaco febre duplici tertiana iam ad extremum lan-

guorem fuerat redacta, sumptis febrifugi g̃. vj. prosperæ valetudinis amœnitate frui incepit, nec postea febris illam adorta est.

TERTIANAE INTERMITT. nothæ Obser. 113.

NObilitate clarus Dominus de Marray febre tertiana laborans notha intermitt. ex phlegmate, & pituita simul mistis mesaraicas venas occupantibus, cupiebat citò, tutò, & iucundé curari: Itaque cum a medicamentis crassomodo, vt ita loquar, præparatis abhorreret, cerasum die & hora conuenienti exhibui, in quo latebant inclusa febrifugi g̃. viij. hoc dentibus lubens attriuit nucleumque per longum temporis spatium in ore volutauit, sex postea horis, sine vlla molestia aluo ter exclusit humores febrim committentes; factumque vt illa omnino euanuerit, cuius reliquiæ nocte sequenti fuerunt expurgatæ.

FEBRIS DVPL. TERTIANAE Pallidorum colorum Obser. 114

FIlia fabri ferrarij Viennensis, nomine Mezange xvij. annos nata, febre duplici tertiana notha a multa pituita, multaque bile orta, iam a

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

longo tempore & ventriculum, & meſenterium infercientibus; vnde varijs affectibus languebat, aſthmate per conſenſum ventriculi, inappetentia, ſiti, oris amarore, menſium ſuppreſſione: Cum febrifugi & ſtomachici añ ℥. iiij. ſumpſiſſet ſex ante paroxyſmum horis, vomitu magnam humorum copiam excluſit, perque inferiora deiecit, & eo ipſo die febris euanuit; ſequenti vero, ſymptomatis omnibus, ſublatis melius habuit, roſeúſque color naturalis genas decorauit.

FEBRIS QVOTIDIANAE INtermitt. Obſer. 115.

MArtinus Bury mercator Sodobrienſis, lx annos natus, febre quotidiana languebat, quam inappetentia, ſitis, & tumor ventriculi, vna cum dolore comitabatur, curatus fuit febrifugi& ſtomachici añ ℥. v.

DVPLICIS TERTIAN. INTERmitt. Obſer. 116.

FRanciſci le Clerc Sodobrienſis vxor graui febre duplici tertiana, a multa pituita, pauca bile, & humore melancholico cauſam habente confecta iacebat, ſolius febrifugi ℥. viij. proſperæ valetudinis fructum percepit. Sic grauiſſimos mor-

bos exiguo remedio, nulla ægrotantium molestia possumus expugnare.

PALLIDORVM COLORVM *Obseruat. 117.*

FIlia Saquini sartoris xviij. annos nata, ægram trahebat vitam; multis vexata symptomatis, asthmate, in appentia, siti, suppressione mensium, vigiliis, spontaneis lassitudinibus propter ventriculi imbecillitatem, ideo meam implorauit opem mirataque est sese omnino conualuisse biduo post sumpta stomachici ℈. vj. ceraso condito inclusa. Quot & quanta in puellis symptomata inuehit ventriculus cruditatum corruptorumque humorum oppressus copia.

VENTRICVLI ET PYLORI *tensionis Obser. 118.*

VIdua pistoris nomine Bardou, correpta fuit febre acuta, grauibus stipata symptomatis, dolore capitis, siti inexhausta, acutissimo cruciatu in latere dextro, siccaque tussi. Pharmacopœus ad me venit acutissimam pleuritin esse denuntiat, clysterem præscribo, & phlebotomiam e basilica parte dolenti directa ad ℥. viij. Iussique vt certior fierem de omnibus: cum hæc fuissent peracta detulit dolorem iam nullum in costarum regione

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ſed in parte coſtis ſubiacente; ſtatim coniiciens illum in diagnoſi deceptum, ipſam inuiſi, ſyruposque, tabellas &c. quæ me inſcio vſurpanda offerebantur, procul amendaui, cum cognoſcerem cauſam mali ſtabulari partim in pyloro, partim in ventriculo & illuc ab hepate tranſmitti; at quod verſaretur in magno vitæ periculo, me me obligatum iri nefario ſcelere putaui, ſi vt certiſſimam calumniam vitarem, illam paterer occumbere morti, quam remediis non è pharmacopolio, (inde enim peti non poterant) ſed noſtris curare valerem; & ſaluti ægræ, & nomini meo conſultum putaui, ſi per impoſturam commodum ipſi darem. Imperaui ergo vt aranciorum cõditis ſaccharo floribus vteretur, in quorum vno a me domum delato recondidi ſtomachici ℥ vj. & clam inſcijs omnibus in pyxide repoſui, vnde cum ab ipſo pharmacopola depromeretur, meo iuſſu exhibitus magnum excitauit vomitum, qui febri dolorique finem impoſuit, & vitam, qua mox functura videbatur, ſeruauit. Si meis hoc factum medicamentis putaſſent inuidi, procul dubio ad ſolitas calumnias confugiſſent.

OZAENAE Obſer. 119.

ADoleſcens clariſſimis ortus parentibus N. N. in ozænam incidit quam bilioſus humor è cerebro defluens renouabat: cum multa

fuiſſent à multis tentata remedia ſine vllo commodo, ego medicamentum ex decocto ſyluestris hormini, & pauco melle roſato confeci, quo vix quatuor diebus fuit vſus cum vlcere percurato euanuit ozæna. At quod cauterium admittere nollet, præſcripſi, vt bis in menſe hoc errhinio vteretur: qua in re ſi negligentius ſeſe geſſiſſet, ozænam illicò recrudeſcere ſentiebat: tandemque remediis idoneis ab illa fluxione vindicatus incolumis viuit. Maximæ ſunt iſtius plantæ vires, huc vſque neglectæ, vt & multarum aliarum ſub ſole noſtro naſcentium.

ASTHMATIS ET SVFFOcationis matricis
Obſer. 120.

MVlier nomine la Thomaſſe in ſuburbano burgonouo Blæſenſi habitans languebat multis affectibus oppreſſa, ἀσιτία, ſiti, aſthmate, capitis dolore, laſſitudine ſpontanea, ſuffocatione matricis, & cruciatibus in hypogaſtrio ab eadem concitatis, quorum ego cauſam animaduerti è ventriculo pullulaſſe, itaque hoc morbi monſtrum oppugnandum putaui ſtomachico, nec ſine ratione factum euentus indicauit, cum enim ventriculus fuiſſet ab illuuie repurgatus, non ſtatim, ſed in dies aliquot melius habuit, tandemque vix octauo elapſo ſibi reſtitutam cognouit opti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

mam totius corporis διάθεσιν Magnus est ventriculi cum reliquis omnibus corporis partibus, præsertim cum matrice consensus.

FEBRIS TERTIAN. DVPL. & doloris Ventriculi Obser 121.

VNus ex asseclis Domini de Rilly febre duplici tertiana, & ingenti dolore ventriculi vexatus decumbebat in diuersorio, cui pro insigni B. Mariæ imago est appensa, ad eum vocatus cum febris magnitudinem animo perpenderem, ventriculi dolorem curandum post febrem statui, illa siquidem iamiam continuæ typum affectare videbatur, nam a venis mesaraïcis in maiora vasa transuehi cœperat incendium, vnà cum humore putrido, vt indicabant vrinæ &c. dedi febrifugi ℥. viij. acinulo racemi inclusa, quæ cum aluo deturbassent humores morbificos, bilem scilicet porraceam, vna cum pauco humore melancholico, & pituitoso, febris euanuit: supererat dolor ingens ventriculi, sitis inexhausta, & ἀποσιτία, degluriuit ergo stomachici ℥. vj. quibus ita leuatus est, vt postridie omnibus symptomatis euanescentibus, iter cœptum alacri animo secundaque valetudine peregerit. Magis vrgentibus attendendum, cum multa diuersam postulant curationem.

LEVCOPHLEGMATIAE, CVM aſcite. Obſer. 122.

QVidam ruſticus nomine Ianrion, Candæi pagi incola, languore confectus me adiit, illum leucophlegmatia iam ab aliquot menſibus affligebat, aſcitéſque tandem illius abdomen diſtendebat, quapropter infinita referebat ſe hauſiſſe remedia apozemata, purgantia medicamenta, pulueres, condita, & tabellas nullo tamen cum fructu: cauſam vero cum diligentiſſime ſcrutarer, animaduerti in ventriculo radices primum egiſſe, deinde hepar ſubijſſe. Ergo imperaui vt ſumeret ſtomachici g̃: viij.racemi acinulo incluſa,quorum ope multa deiecit per ſuperiora,pauca per inferiora; deinde duobus matutinis ſpiritus aquei, ſiue mercurij ex nuce myriſtica extracti ℈. j.vtque hepar incolume tandem euaderet,diluebat vinum album tenue decocte rad. filicis, & foliorum fragariæ, ſic octo diebus euaneſcente tumore totius corporis facie priſtinum recuperante colorem, integræ fuit reſtitutus valetudini. Fruſtra fit per plura, quod per pauciora fieri poteſt.

FEBRIS LENTAE Obſer. 123.

EIuſdem Ianrion vxor febre continua lenta laborans, cum ſiti, cardialgia, oris amarore,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

capitis dolore, quæ a multiplici obſtructione nata erant ſumptis panaceæ cinereæ (quæ vim habet vomitiuam & deiectoriam) in ceraſo condito abſtruſæ g̃. xv. miraculi inſtar conualuit biduo vix elapſo. Non ſemper imbellibus medicamentis, ſed efficacibus morbi ſunt oppugnandi,

MARCORIS A VITIO VENtriculi. Obſer. 124.

IOhannes Augerius pagi Centenæi incola annos natus quadraginta in ſummum marcorem, ſummamque debilitatem inciderat, appetitus a longo tempore erat deiectus, ob infartum ventriculi ab humore bilioſo, qui ſiti fauces ita vrebat, vt aquæ ingurgitandæ nullum faceret finem, multis tentatis, quod ſe intoxicatum exiſtimaret, tandem me rogauit vt aliquid auxilij præberem. Ergo cum ex ſermone nuntij, & ex vrina conieciſſem veram morbi cauſam, ſtomachici g̃. viij. in mali armeniaci carne malaxata ad ipſum miſi, quæ cum ex meo præſcripto ſumpſiſſet ſub mediam noctem, tantam euomuit humorum illuuiem, perque inferiora deiecit, vt ſub meridiem præter ſolitum eſuriret, è lecto, cui a duobus menſibus affixus erat, ſurgeret, ſeque multis poſt menſibus exiſtimare iuuentuti reſtitutum mihi rettulerit. Vomitus ab antiquis non temere tot encomijs eſt celebratus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

FEBRIS LENTAE, TVSSIS &c. *Obser. 125.*

PEtrus Engeouran rusticus è pago Sancti Stephani Veteretorum (nostri des Gueretz vocant) languidus iacebat ob febrem lentam, quam comitabatur cardialgia, atque etiam ἀνέμετος nausea, ἀποσιτία, sitis, aurigo, sicca tussicula per consensum hepatis dolor capitis intensissimus, alui pigritia, horum causam conieci in ventriculo, hepate & venis mesaraicis stabulari: Itaque medicamentum ex panaceæ g̃. x. stomachici, & febrifugi añ g̃. iiij. racemi acinulo reconditis ad ipsum misi, & vt hora quinta matutina manderet imperaui; nec medicamentum me fefellit, paucis enim post diebus venit ad me pro restiuta valetudine secunda gratias acturus, retulitque se bis euomuisse, & post copiosam per aluum perque vrinas deiectionem de reperte melius habuisse. Quicquid nugentur qui se Hippocratis, & Galeni doctrinam sequi mentiuntur, nunquam re ipsa, si verbis, assequentur, vt in eiusmodi affectibus ventriculi, vomitum noxium esse persuadeant.

DVPL. TERTIANAE. CVM *magna stomachi inflatio.* *Obser. 126.*

DAmianus Henaut runcinator, Turium pagum incolens, iam a febre quartana meis

medicamentis vindicatus, me consulit, vt a dupl[illegible] ci tertiana etiam liberarem, qua oppressus langu[illegible] bat, & inflatione stomachi quæ iam iam tympa[illegible] nitem minitabatur: mihi cum stomachicum præ[illegible] paratum non esset in promptu, illius seminis ʒ.iij[illegible] vino rubro incoxi (album enim efficit, vt sit po[illegible] tius diureticum) addidi febrifugi g̃. viij. colatu[illegible] ramque ad ʒ.j. ß. redegi, qua sumpta, purgatisqu[illegible] humoribus διὰ ξυμφέροντα χωρία, optimæ valetu[illegible] dini fuit redditus Specificorum remediorum vsu[illegible] cur prohibetur, si tantam ægrotantibus afferan[illegible] vtilitatem?

INFLAT. STOMACHI
Obser. 127.

MVlier quædam non procul ab Arriano ponte habitans, vulgo vocata la Troterelle inflatione stomachi magnopere turgebat, vnde macies, squallor summaque imbecillitas subsequuta fuerant. cum iam animam exhalare videretur, a me auxilium efflagitauit: ipsi exhibui stomachici g̃.x. quorum ope fuerunt humores è ventriculo per vomitum extracti, non sine violentia sed tolerabili; at vt roboraretur illa pars, nucis mysticæ essentiam duobus matutinis vt sumeret imperaui, factumque Dei auxilio vt triduo curatam se profiteretur. Non omnia remedia quæ cient vomitum inter deleteria sunt recensenda.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

INFLATIONIS STOMACHI Obser. 128.

LAtrunculatoris Blæſenſis ſatelles, nomine Loyſeau in tympanitem iam inclinans ad me venit, ventriculique & tumorem, & ſonitum, quoties digitis pulſabam, miratus ſum, de curatione ferè deſperans recepi me quicquid poſſem facturum: Itaque cum anxius multa remedia volutaſſem animo, ſtomachicum, in his præcipuas vires habere viſum eſt, ad quod tanquam ad ſacram anchoram confugiens, ex illius ℥. vj. cum pauco gummi tragac.tabellam lentis magnitudine confeci, quam mane deglutiendam exhibui, non ſine fructu, ille ſiquidem phlegmata multa, vna cum bile & vitellina, & porracea euomuit, vnde tumor diminutus, vt vero ventriculus roboraretur, præſcripſi vſum vini rubri meri, admodum colorati, ſed non acris: horum ope triduo incolumitati reſtitutus, nec ad breue tempus duo enim iam anni ſunt elapſi, ex quo ne morbi quidem σκιὰν ſenſit. Ridendi, qui vt remediorum, quæ ignorant, commendationem eleuent, breui poſt tempore aliquid allatura incommodi mentiuntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

DVPLICIS TERTIANAE contin. Obſer. 129.

CHriſtophorus Pyronius horologiarius Blæſenſis continua febre duplici tertiana periculosè laborans quæ a multo humore melancholico, & bilioſo pauciore facta fuerat, me accerſiuit die ſecundo, ſtatim incendio cognito ſanguinem miſi ad ℥. vj. tantum, quod vires vlterius progredi vetabant; tertio vero apozemata ſumpſit, quæ conſtabant ex incidentibus ſine calore, humoreſque εὐρόυς reddentibus, quarto medicamentum præſcripſi ex ſenna & rheo vulgari methodo præparatum, hoc cum ſumpſiſſet ſtatim euomuit, a cibo & a potu prorſus abhorruit, nec vlla fuit euacuatio ſubſequuta, quocirca iniectus clyſter: quinto omnia longe in peius abiere, lingua non ſolum nigra, ſed & ſcabra, perpetuaque cardialgia miſer deficiebat, vrina erat admodum confuſa, & è rubro phæa, nullaque deinceps medicamenta voluit admittere, etiam ſi in certo vitæ periculo verſari monerem, fruſtra tamen, neque enim a conſilio dimouere poteram ſibi mortem gratiorem ipſe profitebatur, quam illius medicamenti doſin. Quid facerem? En vna ex parte certiſſima calumnia, cui & Collegæ, & alij complures inhiabant, ex altera mors hominis. Non ponendi rumores ante ſalutem; malui de fama

periclitari, quam cum honore, & methodo vulgari hominem morbo ad mortem deducturo permittere; tandem consequutus sum, vt medicamentum inclusum ceraso nullomodo huius sapore immutato, admitteret, sequenti ergo die menanagogi ğ. x. Cholagogi ğ, vj, ceraso vt dictum est, recondita sumpsit illudque dentibus attriuit, & nucleum per horæ quadrantem in ore volutauit; vesperi cum viderem, vrinas contemplatus in curationis spem animum erexi, sedimentum enim laudatum demittere animaduerti; Ille etiam cùm ter solum aluo deiecisset subnigricantia, & admodum fœtida excrementa, multo meliorem in statum prouehebatur; vt ex pulsu certior factus fuit, omniaque symptomata; quæ perniciosissimam istam febrim solent comitari dispatere incipiebant, quanquam iam septimum diem a sex horis fuisset ingressus: Ineunte nocte vomuit multa cum pituita vermem, & somnus obrepsit, non tamen satis tranquillus, quoad bis aluo, qualia dixi, rursus deiecisset; sequenti die matutino quum inuisi, parum febrire deprehendi vrinamque laudatissimam, tandem sub horam secundam, quæ erat octaui initium, ἀπύρετος fuit, sed admodum imbecillus, tamen hortatu nescio cuius imprudentis & impudentis è lecto ad ignem luculentissimum fuit translatus, vnde factum vt dissipatis spiritibus in deliquium maximum inciderit, Ecce concurrunt multi eiusdem prorsus animi, mortuum omnes crocitant causam in medicamen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

tum pridie ſumptum reiiciendam cornicantur, nil interim auxilij afferunt languenti, immo illius facies aduertitur ignis coruſcanti flammæ, (hoc tamen malitiosè factum non puto) fama volat per vrbem, vna cum exhibito a me ceraſo mortem admiſiſſe Pyronium, meas tandem peruenit ad aures triſte hoc nuntium, ad illum propero in lectum exportari iubeo, feneſtras aperiri, turbamque abigi, vinum præſtantiſſimum afferri vnà cum ſaccharo, quod in os ſenſim inſtillabam, aceto tempora perfricabam, naribuſque obiiciebam, quibus demum peractis, ſeſe collegit, totáque nocte fuit ſomno perfuſus tranquillo; octauo matutino die, qui erat Dominicus, cibi appetentia fuit recreatus, vireſque ſibi reſtaurari in dies prædicabat, nihilominus etiam ſi omnia belle ſuccedere viderentur; die mercurij mane prædixi nouam febrim accenſum iri perendie ſub veſperam, cui optimè occurſum foret, ſi purgaretur: at nihil quicquam me exhibiturum profeſſus fui, quod cognoſcerem me poſſe febrem illam, cum adueniſſet expugnare; die Veneris optimè habuit, media vero iam nocte in magnis iactationibus exacta febris hominem rurſus adorta; die Sabbathi vt vino deinceps abſtineret, reliquamque victus rationem præſcripſi; die ſequenti, qui erat Dominicæ reſurrectionis, duas medicamenti ex phlegmagogi ſcilicet, & melanagogi añ ℥. vij. conſtantis doſes, incluſas duobus racemi acinulis obtuli, vt vitandæ calumniæ cauſa, ille ex duobus vnum eli-

geret, ego alterum coram omnibus & manderem & deglutirem: Illo die bis, totiesque sequenti per aluum exclusit admodum pituitosa, paucis melancholicis mista, sine vlla molestia: At maiorem in me efficaciam deprehendi, sexies enim aluum mihi subduxit, tam benigne, vt sine vllo incommodo Christiani medici pietate fungi potuerim, neque tamen hac ratione me ab inuidorum maliciosis artibus expediui ; ingeminant conatum, adeunt vxorem ægri, illique astantes, commentis historijs, & ementitis suadere conantur ista remedia mera esse venena, (ignara siquidem superbia venenum mentiri conatur, quicquid non nouit) tandemque in illorum animos aliquid insinuant, opiata alexitheria ex margaritis, corall, diamarg. frigido & conseruis præscribitur, quam stupidè, & stolidè consyderandum relinquo, nam quibuslibet alexipharmacis venena quælibet non expugnantur: Ipsorum itaque ridens inanes argutias, prædixi febrim postridie cessuram, nihilominus incutitur ab iisdem metus mortis breui venturæ, aduocanturque mecum in consilium, vt tutius daretur consilium, præscribuntur apozemata, medicamentum purgans &c. quibus ne libatis quidem conualuit. Vide quam misera sit sors Medici, qui bona fide in curandis morbis vtitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

INFLATIONIS HEPATIS Obser. 130.

PAucis poſt diebus cum Romorantinium fuiſſem accerſitus, Pyronij vxor annos nata xxx, temperamento calido, ad ſiccum tendente incidit in hepatis inflammationem, ab alijs petitur auxilium tandem cum ægrotantis de febre, deque ſymptomatis ſermonem arrectis auribus, attento animo, capite ad ſingula annuenti excepiſſent, cúmque vrinam ſupercilio ad frontem ſublato, oculis lynceum, & vultu Hippocratem mentientibus contemplati fuiſſent, purpuream febrim ridiculè alucinantur; apozematis ſyrupis, confectionibus calidis, iteratis purgationibus agitur cum morbo; quinto die nulla exanthemata apparuerunt; ſexto cum omnia in peius ruerent, & tamen omnia cum ratione; quorſum enim purgatio & calidæ confectiones prædictum fuit ægram in ſummo diſcrimine vitæ verſari, niſi ſequenti die efflorerent in cute purpureæ maculæ; quod cum non accidiſſet, deſeritur adhibita theriaca & cordis,&hepatis regioni: tú accerſor,illi aſtantem parochum reperio, qui ad diuina conabatur erigere animum vix oculos attollentis, vix animam trahentis, quam cum fuiſſem contemplatus, pulſumque attrectaſſem,totam morbi hiſtoriam paucis libuit perſequi longe aliam quam fuerat credi-

rum: ex ſymptomatum omnium enarratione mihi & fidem, & admirationem aſtantium conciliaui, ſed de remedijs tum fuit cogitandum, quanuis ſi res, (vt credebant inuidi) male ceſſiſſet, extra omnem culpam ſeſe poſuiſſent, ſolus ego apud omnes malè audirem; medicamenta ergo ex rebus vulgo cognitis petenda eſſe cenſui: dilutum oxymel compoſitum ex decocto rad. bardanæ, acetoſæ, foliorum agrimonij, & fragrariæ, illius ædibus parandum curaui, eoque vt in ſiti vteretur præcepi, præterea vt regioni hepatis adhiberetur fotus ex decocto foliorum maluæ, agrimo. & roſis; denique ad aluum ſollicitandum, iniecti fuere clyſteres ex eadem, ex qua fotus, decoctione, additis ebuli radicibus: ſub finem ſeptimi cum hauſtu oxymelitis illius ter aut quater, ſitis ardorem ſolata fuiſſet, multa euomuit pituitoſa, vna cum bilioſis porraceis, eaque de cauſa timetur vſus oxymelitis: Ego contra hortor nil optatius quam vomitum euenire potuiſſe, cum perpetuá cardialgia fuiſſet toto morbi decurſu vexata; illorum animos in ſpem ita erigo, vt quod ante metuebatur, tum optaretur; octauo die mane perſeuerauit in vomitu, vireſque acquirere mihi viſa eſt ægra, vrina demonſtrabat multum oneris naturæ fuiſſe detractum, illis remedijs maiore animo inſiſtitur; nono tota perfunditur ictero: ante aduentum meum iſtud aſtantium animos formidine opprimebat, ſed poſtquam didicerunt a me, cum hypochondrium dextrum antea ten-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ſum, & durum molleſceret, quanta ſpes affulgebat, Incolumitatis expectationem deſperationi ſuccedere vultu mihi ſatis ſignificarunt: ſub veſperam febris imminuitur; ſequenti die ex ſenna catharticum domi paratum ſumpſit; vndecimus tandem dies morbum e victoria deturbauit, pulmamque naturæ reſtituit. Morbi cognitio curationis indicium.

TERTIANÆ INTERMITT. Obſer. 131.

M. Nicolaus Chereau presbiter, in Candæo pago tum vicarius, febre tertiana laborabat, eoque die quo paroxyſmus recurſurus erat, incedere, ex more, cogebatur cum pia turba ad octo milliaria ſupplicationem habiturus, me itaque duobus ante diebus rogauit, vt ſi fieri poſſet, illo die febre careret, quod me facturum recepi, cumque paroxyſmus eum adorſurus eſſet mane hora quarta, imperaui vt febrifugi g̃. viij. ſub horam decimam nocturnam ſumeret; quo facto, fuit optimè purgatus humor febrificus, nam & ſuis, & pijs plebeculæ votis potuit ſatisfacere, multoſque exin annos incolumis euoluit. Eiuſmodi remedia, quanuis ſui probationem ex effectis mereantur, cur ab imperito grege, vel potius armento impetuntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

FLVXIONIS IN PEDIVM Obser. 132.

V. I. C. D. Garnerius Blæsensis proprætor vrbanus, annos viginti octo natus, defluxione pedem infestante laborans, a me suppetias poposcit; At cum infirmo esset corpore, medicamentis benignis agendum putaui; vbi ergo humorem è cerebro defluentem pituitosum deprehendi, talémque generari in illius toto corpore, medicamentum exhibui ceraso condito inclusum, phlegmagogi ℈ xv constans, copiose sine vlla molestia purgatus, melius solito se habere professus est. Hæc est optimorum medicamentorum efficacia.

ATTRITIONIS VENTRIculi ab acido phlegma. Obser. 133.

D. Balderius I. V. P. Blæsis causarum actor, tempore vindemiarum conquestus est de dolore in supremi ossis sterni regione, medio inter sternomastoidæorum insitionem spatio, præsertim sub vesperam augescente, & aliquanto post cibum tempore: huiusque rei a me causam quærenti, ventriculum accusandum, qui refertus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

eſſet nimia ſuperfluitate phlegmatica rettuli, at curationem in aliud tempus differri voluit, ad quam coactus tandem venit, cum & cibi & potus iam adulteraretur in ore ſapor; nil auxilij in eiuſmodi morbo afferre poſſe aſſeuero, niſi vellet, vt omnium quæ in ventriculo continebantur, ἀπόφασιν (id eſt demonſtrationem) vomitus faceret, cumque hoc cibi moleſtum non fore reſpondiſſet racemi cocti acinulo incluſa ſtomachici ℥.viij.dedi, quæ ſub horam vndecimam nocturnam ſumpſit, ingentemque paulo poſt viſcidiſſimorum phlegmatum copiam euomuit; hora vero octaua matutina cum inuiſerem cognoui longè proſperiori valetudine frui, & per cubiculum feneſtris apertis (etiamſi aeris iam hyemis character eſſet impreſſus) obambulantem hilari vultu deprehendi, omniaque ſymptomata euanuiſſe. Et parua in mole pharmaca exhibita blaterant noxia.

RABIEI IAM CONFIRMATAE Obſer. 134.

MAthurinus Huart Contreſij pagi incola, ſuam ad me deduxit vxorem rabie a tribus diebus percitam, præſertim conquerens quod & ſi illa & eſurire, & admodum ſitire ſe diceret, nec cibum, nec potum admittere poſſet: At vero cum defeſſus eſſem longo itinere, & iam nox aduentaſſet, diem ſequentem curationem diſtuli: mane

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

itaque mei alyſſi eſſentiæ ℥. vj. exhibeo, & vt vel inuitæ in fauces immitteretur iubeo; quo facto magna commotione totum corpus perculſum eſt; ſub horam quartam veſpertinam iuſculum admiſit, nec a potu abhorruit poſtea, perendie ſecunda valetudine reſtituta domum repetiuit: Imperaui tamen vt ſex diebus matutinis, continuis ſeſquihora aut duabus horis ante cibum ſumeret decoctum lyſſodamon: Sed hac arte præſtare non potui quin toto anni curriculo: cum orbem ſuum luna impleuerat, ſiti præter ſolitum quatuor aut quinque dies vexaretur. Miror cur rabidos ſuffocari patiantur Iudices, nec Medicis committendos curent, vt tam abominando morbo remedium inueſtigent, cum reperiri poſſe non meo tantum, ſed & aliorum experimento comprobatum ſit.

DEMORSI A CANE RABIDO Obſer. 135.

COnani pagi incola quidam nomine Chandon, hoc anno milleſimo ſexcenteſimo quarto ad me ſe contulit, vt mederer magno vulneri, quod a rabido cane bracchio inflictum fuerat, & a rabie vindicarem, ſiquidem omnes qui illa tempeſtate demorſi fuerant, quicquid vulgarium remediorum peregiſſent, rabiem tamen vitare non potuerant multi etiam redeuntes è mari

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

interierant rabidi: Ergo cum a quindecim diebus fuiſſet demorſus, dedi alyſſi ℥. viij. ſtatimque poſt decoctum exhibui lyſſodamon quinque diebus ſumendum: vulneri admoui primum emplaſtrum ſepticum, quod paucis horis eſcharam excitauit, qua auulſa, emplaſtrum attrahens adhibui ſicque ſolus ex omnibus qui demorſi erant incolumis hac luce fruitur.

CANIS RABIDI MORSVS *Obſer. 136.*

PVer è villa Oſcatenſi, ad me deductus eſt, vt a rabie præſeruarem, fuerat in ima tibia ita demorſus, vt dentes perioſteum attigiſſe viderentur, quod cum præcedenti die contigiſſet, cauterio ex ſapone vlcus inuſſi, deinde attrahens emplaſtrum & ſepticum alternis diebus ad decimum quintum vſque diem: ſexto vero decimo emplaſtrum ex ſulphure Rulandi appoſui. ſicque & vlcus ſanatum, & ipſe a rabido morbo præſeruatus eſt.

DVPLICIS TERTIANÆ ET *auriginis Obſer. 137.*

NObiliſſimus Iuuenis de Rougemont cum febre duplici tertiana laboraret, multis ſti-

pata ſymptomatis, oris amarore, ſiti maxima, vigilijs, cardialgia, Blæſas venit a me auxilium petiturus quod a remedijs vulgaribus prorſus abhorreret: victus rationem primum inſtitui refrigerantem quodammodo, & humectantem, remediumque ex cholagogi, & phlegmagogi añ g̃. vij. febrifugi g̃. vj. ceraſo condito incluſis, mane ſumendum tribus horis ante iuſculum præbui: abundè purgatus fuit meliuſque ſub veſperam habuit, ſiquidem febris non apparuit, ſomnus tranquillus vnà cum nocte illi obrepſit; ſequenti die iuſculum conficiendum curaui ex pullo, rad. petroſel. folijs oxalidis, pimpinellæ, & conuoluuli, alteratum repetendumque hora ſecunda poſt prandium monui: tertio die idem iuſculum exhibui addita ſalis cryſtallini purgantis ʒ. j, vt & obſtructiones celerius expedirem, & benignè aluus ſolueretur: quod cum non me fefelliſſet; quarto die catharticum ex cholagog. g̃. x. phlegmagog. g̃. iiij. confectum ceraſo condito vt prius incluſum dedi, quod effectum ſuum in ſequentem auroram diſtulit, meliuſque cum ſeſe haberet domum lætus repetiit. Si nihil ſine pharmacopœo facere potuiſſem, quam malè actum fuiſſet cum ægroto.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

DOLORIS IN VENTRICVLO Obseruat. 138.

RVsticus nomine Daridan, Candæi pagi incola, acutiſſimis in ventriculo doloribus, alterno quoque die ingraueſcentibus, animam efflaturus iudicabatur, accerſor, morbi cauſam perpendo, medicamentumque conficio ex febrifugi ğ. vij. cum pauco melle miſta exhibeo, ſex horis vixdum elapſis conualuit, multis per vomitum eiectis. Ventriculus ſollicitandus erat quandoquidem in eo morbi cauſæ ſtabulabatur.

INFLATIONE VENTRICVLI Obſer. 139.

PAuperculus vir trigintaquinque natus annos, qui diuerſorio Blæſenſi crucis albæ inſigni ſatis noto inſeruit, ſuffocabatur maxima ventriculi inflatione, & dolore iam a multis diebus illum obruente; accerſitus quidam Medicus iudicat eſſe aſthma, ſanguinem ergo mittendum iubet cucurbitulas ſcapulis affigendas cum ſcarific. & bechica præſcribit: peius habet æger, iterantur hæç remediorum vmbracula, cum prædictione funeſta deſeritur; moriendum prædicitur, niſi ante diem ſequentem ſputum liberè procederet ex tuſ-

si (quæ erat per consensum) attamen tribus aut quatuor postea diebus illi vita supererat, quanquam breui desituram omnia portenderent ad illum deducor, medicamentum statim exhibeo ex g̃. viij. stomachici, emetici g̃. iiij. in pilulas conformatis additis Catholici extracti g̃. vj. vesperi sumpsit, quod morbus inducias negaret: Et qui moriturus putabatur, sequenti die per compita incedere, suaque munia obire potuit, ingenti scilicet vomitu pituita, & bilis porracea in ventriculo stabulantes, fuerant amendatæ. Si medicum illum, qui primus inuiserat vocassem in consilium, ægrum perire cum sua prædictione maluisset, quam vt salutaria exhiberentur remedia permittere.

EIVSDEM Obser. 140.

ILle ipse vix anno elapso in eundem incidit morbum, rogantique vt incolumitati restituerem; dedi stomachici g̃. viij. quorum effectum optatus successus excepit postero die. Et tamen ἄπειρος medicaster ἐμπειρικὰ remedia fuit ausus dicere; quicquid enim illorum ingenij captum excedit, a vera medicina putant alienum ista ξύλα σίκροα.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

DVPL. TERTIANAE INTERM. Obſer. 141.

DVobus poſt annis eundem vidi macie extrema languidum, bacilli adminiculo vix firmum figentem gradum, oculis cauis, palpebris liuidis, labris albicantibus, hominem contemplatus non agnoſcebam, tandem balbutiit quiſnam eſſet, quoque morbo vexaretur, duplici ſcilicet tertiana intermitt. iam duobus menſibus illum vexante, & ob inopiam ſummam languere fame: Hominis ſortem miſeratus, illi dedi febrifugi ℥. vij. quibus fugata febre potuit tribus poſt diebus ſuo labore victum parare quod nam remedium arte vulgari paratum hoc præſtare poteſt?

PALLIDORVM COLORVM Obſer. 142.

VIennenſis puella nomine Catharina le Grand aſthmate vexabatur, ob inflammationem ventriculi, ſiti, oris amarore, pedum tumore, quibus affectibus vt illam liberarem, ſumenda exhibui ſtomachici ℥. vj. quorum ope integræ valetudini fuit reſtituta. Quod etſi viderent qui in ignorantiæ luto volutari volunt, tamen ſe non credere mentiebantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

VENTRICVLI MONSTROSAE conformationis Obſer. 143.

EIuſdem Puellæ frater viginti quinque annos natus iam a biennio hydrops languebat: Illius ventriculum prædurum deprehendens, in illum præcipuam morbi cauſam reiiciebam, quod præſertim ſe referret ab aſſumpto cibo ſuffocari, putabamque craſſos viſcidoſque humores illam partem obſediſſe: ſtomachicum exhibui, nil profuit: alia remedia paraui, quæ inefficacia deprehendi: Illum tandem relinquo non curatum, ſed paulatim congeſta maiori aquæ copia intumeſcentem vix quatuor diebus elapſis moritur, monueram matrem illius vt, cum id contigiſſet, me accerſeret, quod vellem cognoſcere quodnam medicamentis eſſet obſtaculum: diſſecto ergo abdomine comperio ſtupendam ventriculi conformationem, inter vtramque illius tunicam erat velut parenchyma lienis concretum,quinque digitis craſſum, cauitas interna vix digiti capax apparebat, lien exiguus admodum, & emarcidus, hepar etiam paruum ſubalbidum, in poſteriorem partem nimia ventriculi mole reiectum. Quis iſtam ventriculi conformationem coniectura medica potuiſſet cognoſcere, cognitam curare?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

INFLATIONIS VENTRICVLI & asthmatis Obser. 144.

Apparitor quidam nomine Lasnier, ad me venit tardum præ imbecillitate, & anhelatione, trahens gradum: cum hominem contemplatus de iis interrogassem quæ ad morbi diagnosin me poterant deducere; cognoui illius ventriculum multa exundare bile, viscidæ pituitæ salsæ permista, vnde sitis, oris amaror, sicca tussis, dolor capitis, difficultas respirationis &c. hæc omnia vno eodemque telo debellari posse confisus, stomachici ğ. viij. sub mediam noctem sumenda præcepi, illorum efficacia tanta fuit expurgato ventriculo, vt sub meridiem sequentem sese optime valere mihi retulerit. Vix aliud remedium comperies in summa efficacia minus violentum.

INFLATIONIS VENTRICVLI in grauida Obser. 145.

VXor nautæ nomine Boishu in Fixio suburbano Blæs. habitans xxx. annos nata, vtero gerens a sesquimense, inciderat in ἐμφύσημα ventriculi tantum, vt si quid cibi assumpsisset, ipsa sibi videretur prætensione disrumpi, quod quidem contigerat ab esu nimio fructuum crudorum; hanc liberaui a tam importuno morbo stomachi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ci ℥. viij. quæ incautæ & insciæ maritus cerasi conditi, quo recondita erant, solo nomine sumenda exhibuit, illorum peracto effectu optime habuit toto gestationis tempore, fœtumque edidit non modo viuum, sed & viuacem, hoc si quidem habet illud medicamentum, vt fœtum in matris vtero foueat, & conseruet.

HYDROPIS IN PVELLA grauida Obser. 146.

PVella quædam rustica, postquam vsuram sui coporis permisisset adolescenti quem ardebat, & ex amplexibus fructum, non nesciens, vtero foueret; grauiditatem mensium suppressione prætexens; vt famæ astutius consuleret, immensa sese ingurgitabat aquæ copia, tandemque scopum ad quem collimabat attigit, effecit enim breui vt suffocato pene calore ventriculi totum corpus intumuerit, & hydropis nomine prægnationem dissimulare potuerit. Eius miserta honestissima matrona, cui (vt ancillarum mos est) annuem operam locauerat, ad me deducendam curauit: omnia vero perpendenti, quæ in morbi cognitionem adducerent, grauiditatis aliqua apparuere signa: negabat tamen, nec ab illa vnquam extorquere potui, nisi impostura, cum scilicet pollicitus essem me facturum, vt quod contineretur vtero, facile euanesceret in auras, & tanquam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

frustratim excideret ad hæc promissa cum aures arrexisset, meam confirmat sententiam, & septem iam menses elapsos esse, ex quo conceperat, fatetur: rem ad illius heram defero, & matri, & fœtui prospiciendum moneo, Interim ego recipio me præstiturum remedijs vt ab hydrope, in quem se pertraxerat, emergeret, & fœtus luce incolumis tandem frueretur: Illius vero animum in spem erigere conamur, dum propinquis seruanda committeretur. Exhibui ergo stomachici ℥. vj. racemi acinulo inclusa, quæ sub horam decimam nocturnam sumpsit, vomitu plures quam tres libras aq. eiecit perque aluum ita repurgata fuit incolumi vtero, vt vix elapsis duobus diebus belle sese habens cum propinquis aliquibus in suum pagum fuerit deducta, ibique nono mense enixa puellam, quæ, cum hæc scriberem. Adolescentis sumptibus educata viuebat.

Non credet istud pestilens malignitas,
At si negabit, rea fiat mendacij.
Imitari quod non possit, obtrectet, licet.

FEBRIS ERRATICAE Obser. 147.

D. du Boisselas temperamento bilioso annos natus triginta, vexabatur maxima cardialgia, ἀποσιτία capitis dolore, vigilijs, febre erratica quæ omnia cum viderem ab impuro ventri-

culo pullulaſſe, abigenda cenſui ſtomachici mei ℥. viij. nec deceptus fui, nam ab illo die, quo euomita eſt, & deiecta per aluum diuerſorum humorum ſentina, ad tres iam annos nunquam ſe proſperiori fuiſſe valetudine profitetur, ſpem quippe & ſuam, & omnium ſuperauit, liberatus ſiquidem ab omnibus incommodis, quibus ante vel ab ineunte ætate fuerat grauatus. Ventriculum vomitu, aluum deiectione expurgare oportet.

FEBRIS TERTIANAE CONtinuæ Obſer. 148.

M. Petrus Rozel preſbiter Eccleſiæ S. Solennis inſeruiens, poſtquam longum iter pedibus fuiſſet emenſus, incidit in febrem duplicem tertianam continuam a multa bile, paucaque pituita in venas a ventriculo tranſmiſſis factam: huic ergo imperaui vt primo die hauriret iuſculum, in quo diſſoluta erat ſalis cryſtallini purgantis ʒ. j. quo prima regio purgata fuit humoribus iam ad fluxum paratis: ſequenti die ſumpſit panaceæ vomitiuæ ℥. x. ceraſo incluſa multiſque per ſuperiora, & inferiora, deiectis, febris omni ex parte euanuit, & paucis poſt diebus priſtinæ valetudini fuit reſtitutus. Si tantum per inferiora purgaſſem, ventriculo non exonerato, parum admodum profeciſſem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

LANGVORIS VARIORVM-que aliorum affectuum Obseruat. 149.

ECclesiæ D. Nicolai in Fixio suburbio Blæsensi Rector nomine le Roy, Romam petere cupiens, profectionem differre ob totius corporis debilitatem cogebatur, tandem cum animaduerteret sese in dies peius habere, a me petiit consilium, & auxilium: expensa morbi causa, quippe frequenti cardialgia cum langueret, ἀνέμετος ναυτία subsequeretur, inappetentia denique ciborum angeret, hoc factum a cruditatibus in ventriculo stagnantibus iudicabam, stomachici ℈. viij. ceraso inclusa ipsi mandenda exhibui; quorum opera euanuere illa symptomata: supererat καρηβαρεία a multo catarrho, quem fortasse in litteris labor excitarat, restabat & difficultas spirandi aliqua, maximaque totius corporis debilitas, ab obstructione hepatis, quam crudi humores pepererant. Ergo imperaui vt sumeret panaceæ ℈. xxv. ceraso condito etiam inclusa, quæ ita purgarunt, vt primo die octies reliquis singulis ad decimum vsque sexies aluum deposuerit, nullo cum dolore, aut molestia, immo in dies sentiebat vires ita restaurari, vt peracto medicamenti effectu sese itineri commiserit, suamque ipsius spem, & expectationem in illo conficiendo superarit, nec iam ab an-

no

no vel σκίαν νοσήματος vllam ſenſerit. I, liuor, & vt ſapere videaris cœlum vitupera.

CARDIALGIAE CORPORIS grauitatis Obſer. 150.

ILluſtriſſimus Comes Chiuernius de cardialgia, corporiſque inſolita grauitate conqueſtus eſt apud me, cumque mihi excogitandum eſſet medicamentum & delendis morbi rudimentis iam iam augeſcentibus idoneum, & palato non inſuaue, cruſtulum conuolutum vix ſemidrachmæ pondere conficiendum curaui ex rebus quæ ipſi eſſent in delitijs, quibus addidi phlegmagogi g̃. viij. cholagogi g̃. x. mane ſumendũ exhibui, vini rubri ſuperepoto cochleari, hocq. medicamento ita fuit purgatus ſine vllo incommodo, vt ſtatim ſenſerit ſe priſtinæ valetudini reſtitutum. Duo tantum Hippocrates & Galenus requirunt in purgationibus, ſcilicet κένωσιν χυμῶν λυπούντων κατὰ τὴν ποιότητα τὸν κάμνοντα, & εὐφορίαν κατ' αὐτὴν τὴν κένωσιν at tertium & maximè neceſſarium addi poteſt, ſcilicet ſumendi medicamenti facilitas.

CONVVLSIVORVM MOTVVM ob matricis vitium Obſer. 151.

OMnium virtutum illuſtrata ſplendore eiuſdem vxor iam ſequimenſe grauida, multis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

agitabatur ſymptomatum fluctibus, deiecta ſi quidem cibi appetentia; quid? immo ἀπόσιτος erat, ſi quid alimenti ſumpſiſſet, protinus cardiogmos ſubſequebatur, magnoque cum impetu illud reuomebat, torminibus & diris, & frequentibus cruciabatur, noctes non ſolum inſomnes, ſed etiam μετ᾽ ἄσης μεγάλης trahere cogebatur, perpetuo motu manus & pedes præter voluntatem agitabantur, ſummus inſuper ardor volam manuum plantamque pedum exurebat, quæ fiebant partim a bile & porracea, & vitellina in ventriculo ſtagnante, partim ab humore melancholico vterum obſidente, & neruorum originem per conſenſum quodammodo afficiente. Tot igitur tantisque malis mederi oportebat ſine vllo ſenſuum faſtidio, quod operoſum, vel potius in acceſſum eſſet Medico ex formulis præſcriptis tantummodo medicinam facienti, Ego ab illa ſciſcitor quis ſapor illius palato maxime arrideret. Vinum inquit, aromatites album, & quicquid aciditate ſtomachum recreare poſſet. Eſto inquam vtrumque tibi exhibebitur: Sequenti igitur die mane cochlearia duo aromatitæ vini albi (hyppocras noſtri vocant) exhibeo, ſtatimque canellati fruſtulum, in quo purgans medicamentum, partim cholagogum, partim melanagogum latebat reconditum, edendum porrigo; vtrumque tanta cum voluptate ſumpſit, vt in vtro medicamentum reconderetur dicere non potuerit, & ἀκριβεστάτους ſenſus latuiſſe fateretur: Tribus poſtea horis

cum iam ſemel aut bis aluum deieciſſet, iuſculum hauriendum imperaui ſaporis, quem optabat, acidi, conciliati ob ſalem criſtallinum in eo diſſolutum ad ʒ. j. ß; quod leuibus illa medicamentis purgari nequit, quodque humor melancholicus eſſet deijciendus, tamen ſine grauiditatis incommodo: ciborum appetentiam in prandio ſibi reſtitutam & verbis, & re teſtabatur ſemihora poſt prandium bilioſa mera euomuit ἀντιλαμβανομένης τοῦ ἔργου φύσεως, nil enim ciborum quos aſſumpſerat eiectum apparuit; copioſa deinde ſubſequuta eſt euacuatio ſine vllis torminibus, & abſque vlla moleſtia fuit perfecta, vnde proſperiori valetudini reddita videbatur ad nonum vſque diem quo recrudueere omnia ſymptomata propter victus rationem paulo liberiorem, quam ægrotanti & grauidæ conueniret. Tum maleuoli putarunt ſibi oblatam mei nominis dilacerandi occaſionem, arripiunt, conſpirant in calumnias, comminiſcuntur medicamenti aſſumpti vehementiam enecuiſſe fœtum, deturbaſſe: Honoratiſſimæ præterea Comitiſſæ ſymptomata quam plurima inuexiſſe, hanc mandaciorum virulentiam per totas Blæſas vno die ſpargunt; Ego interim ad eam accerſitus reuertor, quæ affectus poſtulabat perficio, medicamentis non inſuauibus, ſed cibo qualemcunque affectaret ita immiſtis, vt nec oculis, nec palato proderentur: affectus nihilominus in aliquot poſtea dies fuit protractus; tandem Blæſas ſe contulit, vbi cum ſaluberrimum aërem hauſiſſet pri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ſtinam valetudinem recepit, falſiſque de me rumoribus finis impoſitus: tantum enim aberat, vt Nobiliſſ. D. conquereretur de me meiſque medicamentis, vt ſibi videretur ſatis apud omnes ipſa laudare non poſſe. Teſtatur effectus quàm ſalubria fuerint medicamenta, & quam impudentia maleuolorum commenta.

LANGORIS Obſer. 152.

NObilis vir D. de Villeronde, œconomus generoſiſſ. Comitis Chiuernij annos lxviij. natus, ob reliquias morbi ὑποστροφὴν minitantes in totius corporis grauitatem inciderat, inſomnes præter ſolitum noctes tranſigebat, appetentia ciborum omnino deiecta erat, oris amaror ſitim accendebat, meam implorauit opem, præfatus ſe a medicamentis vulgari modo præparatis abhorrere, Ipſi dedi panaceæ g̃. xij, phlegmagog. g̃. viij. ceraſo condito incluſa, quæ ſumpſit mane hora quinta nullo cum faſtidio, aiebat enim crediturum ſe fuiſſe nil ceraſo additum, aut immutatum, niſi ſuis ipſe oculis præparantem me vidiſſet, huius medicamenti beneficio ſingulis diebus ad quartum vſque octies aluum depoſuit: non enim ceſſauit purgatio, priuſquam humorem ſentina omni ex parte fuiſſet exhauſta, tumque ille priſtinum ſibi robur vna cum ſecunda valetudine reſtitutum cognouit. Catharticis vti debemus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

eos humores educentibus, quos ſponte ſua fluere commodum eſſet.

DISTILLATIONIS IN PEDIUM. Obſer. 153.

V. I. C. D. Garnerius proprætor vrbanus Blæſ. cum ſenſiſſet diſtillationem in pedium, a multis annis aliquo caſu debilitatum, iam iam imminere ſumpſit phlegmagogi g̃. viij. panaceæ g̃. vij, ceraſo condito incluſa, quibus ita purgatus eſt vt nulla ex parte labefactata ciborum appetentia, nulla ſuperueniente moleſtia fuerit incolumitati redditus. Purgatio cum humores ſunt ἐν ὀργασμῷ non parum prodeſt, Sed ἢν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρονται.

DOLORIS IN POPLITE Obſer. 154.

NObilis viri D. Viartij ſyluis Blæſenſibus præfecti vxor debilitatem vnà cum dolore maximam ſentiebat in vtroque poplite, totoque pede, quod cum a phlegmate melanchol. humori permiſto fieri animaduertiſſem, & a toto corpore in illas partes defluere, confeci medicamentum ex melanagogi, & phlegmagogi añ g̃. x. ceraſo condito reconditis, quod mandit illa, nec quic-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

quam a ceraſo alienum guſtu deprehendit, purgatio fuit ſubſequuta ſatis copioſa, tanquam naturæ viribus ſolis excitata, vnde melius in dies habuit. Non abs re Galenus ait, Medicos debere μιμεῖσθαι τὴν φύσιν quod ſi huiuſcemodi medicamentorum conſequar vſu, multo & facilius & tutius, quam alijs quiſquam poſſit, cur ab illis deterrerer?

VIPERAE MORSVS
Obſer. 155.

PEr Vaſtinenſes ſyluas & monticulos cum plantas obſeruans vagarer, in pagum tandem me recepi quatuor aut ſex a Montcargiuo milliaribus, vbi mulierculam inuiſi ſexagenariam, morti proximam ob Viperæ morſum in indice digito, iam a tribus diebus, totum brachium, adeoque maxima pars pectoris liuebat, aderat ſingultus, cardialgia, & frequens ſyncope, nauſea inanis, pulſus paruus admodum, cum intercidentia frequenti, conclamata videbatur: curationem aggreſſus ex verbaſco, & cortice ſambuci interno decoctum paro, addita Acatalidis baccarum ſexta parte, ℥. viij. collaturæ propino, ex reliqua decoctione fotum admoueo, ſcarificatis primum partibus liueſcentibus cum tumore, ligaturas quas mulierculæ fecerant è geniſta reſoluo; ſibi enim perſuadet vulgus multum in his poſſe eiuſmodi ligaturas, experimento fortè facto in cane (quod

decipere potuit eos, qui neſciunt canes a vipera demorſos non interire, ſed poſt xxiiij. horas, tumefactas eorum partes ad naturalem conſtitutionem reuerti, venenum in illis ſenſim exſtingui, appetitumque cibi & potus reuiuiſcere, quod contingit ob ἰδιοσυγκρασίαν corporis) hanc ego opinionem ex illorum animis euello, & in remedio a me parato inſiſtendum hortor: vix tribus horis elapſis pulſum rediuiuum animaduertens, Montemargiuum peto, vt me longis, & ſalebroſis erroribus defatigatum recrearem, vbi aliquot dies moratus, certior factus ſum de reſtituta mulieris valetudine. Remedium hoc efficaciſſimum & εὐπόριστον didici a ruſtico, qui præterea quædam verba vulneri ſuperſtitioſè obmurmurabat.

CENCHRIDIS MORSVS Obſer. 156.

CVm a Gentiliaco agri Pariſienſis pago rediens prata riuulumque attentis oculis luſtrarem, plantis obſeruandis affixus, cenchridem vlnæ ferè magnitudine aquæ innatantem video ad eam capiendam me accingo, iunci, aliæque herbæ aquis innatæ manum ab eius collo paululum diuertunt Illa vibrante capite medium mo mordit digitum, nec alijs peperciſſet, niſi altera manu ſubito in collum iniecta, ea ſtrinxiſſem induſtria, vt ab illius dentibus eſſem tutus;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ſocios accerſo,(inter quos venerandus pater Matthæus Capuccinus, tum medicinæ ſtudioſus, & Petitius nomine)morſum digitum ſcarificandum præbeo, bardanæ folijs ſuccum expreſſum immittendum curo,tunſiſque inſuper eiuſdem foliis inuoluo; vix horæ quarta parte exacta dolor omnino diſparuit, nihil poſtea ſenſi inde mali. Vbicumque malum eſt, ibidem & mali remedia, ſed diligentius, quam ſolemus, inueſtiganda.

VIPERAE MORSVS
Obſer. 157.

PAuperculum puerum in Noſocomio Blæſenſi inuiſi,qui iuxta malleolum fuerat demorſus a vipera (eam ruſtici falſo aſpida vocant) ſummis doloribus cruciabatur,iam virus ad naturales partes aſcenderat, eadem erant in eo ſymptomata, quæ & in muliere Vaſtinenſi cuius modo meminimus iiſdem remedijs ad proſperam valetudinem fuit breui reuocatus.

SERPENTIS MORSVS
Obſer. 158.

IN ædes Cl. V. D. Præſidis Mediomatrici Blæſas è Candæo pago adducta fuit puella viginti annos nata, quæ in pedij parte decliui exter-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

na fuerat a ſerpente neſcio quo demorſa(viperam non puto, quia venenum illius mortem paucis diebus attuliſſet) ſummos dolores ſentiebat ſub poplitem, adeoque toto crure admodum tumefacto, & ſubliuido; nec mirum, cum iam viginti dies elapſi fuiſſent ex quo vulnus inflictum ſine vllo remedio, præter ſcarificationes, quas ſexto die Chirurgus adhibuit non ſemel,ſed ſingulis ferè diebus ſcitè renouauit, admotis conyzæ folijs, quæ verbaſci eſſe putabant, nihilominus augeſcere dolores, omnia in peius ruere. Ergo cùm eam vigeſimo die inuiſiſſem, aquam ebaccis acalidis cum aliquot guttis olei, ex ijſdem chymice extracti exhibui donec pararem decoctum, cuius ſuperius meminimusin Vaſtinenſis mulieris hiſtoria, huius admotione & aſſumptione breui conualuit. Hoc remedium in omnium fere ſerpentum morſibus idoneum veriſimile eſt, ſi quidem inter ſerpentum (quos obſeruare potui) venenum propinquitas eſt maxima quam conijcere ac fortaſſe cognoſcere licet ijs, quos experientia docuerit mutuis morſibus illos nequaquam offendi.

PALLIDORVM COLORVM Obſeruat. 159.

VXor ſutoris Blæſenſis nomine Cornu, xix. agens annum multa patiebatur ſympto-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

mata, ſitim inexhauſtam, cordis palpitationem oris amarorem, capitis dolorem, ſtuporem non exiguum in cruribus, reſpirationis difficultatem ſuffocationem, frequentem cardialgiam, inappetentiam, & cum aliquid cibi ſumpſiſſet; maximam in ventriculo tenſionem, pedum tumorem œdematoſum, quæ ego & a bile in ventriculum regurgitante, & crudis humoribus, in eo congeſtis, miſta contingere iudicabam, vnde etiam matrix in ſympathiam trahebatur. Itaque vt paucis diebus ex omnium iſtorum affectuum fluctibus emergeret, ſtomachici, & febrifugi añ g̃. iiij. cum tantillo ſyrup. ceraſ. malaxata & in tabellam magnitudine lentis exiguæ conformatam ſumpſit ſub auroram, quo die cardialgia perſeuerauit, etiamſi quinquies aluum deieciſſet ἀπόσιτος præterea perſtitit; ſequenti vero matutina quatuor libras & bilioſorum humorum, & crudorum excluſit vomitu, quem excepit rediuiua ciborum appetentia, ſæcundæque fuit valetudini reſtituta. Quæ machina medicamentorum vulgari craſſoque modo præparatorum hanc affectuum turbam tam facile, tam citò, tam tutò abigere potuiſſet?

SVFFOCATIONIS OB VENtriculi tenſionem Obſer. 160.

VNicus meus filius annos natus quatuor cum perſica mala ſex, vel octo, racemoſque

eres semimaturos vorasset, incidit in febrim summo cum ventriculi dolore tensiuo, quem deprehendi ex difficultate respirationis, & palpitatione partis, statim ipsi exhibui cerasum cui inclusa erant emetici g̃. iiij. semihora post vomere cœpit ita viscida, vt vix ore possent educi, tandem ventriculo exinanito, dolore liberatus est, febrisque imminuta, & somnus obrepsit admodum tranquillus, sequentique die nulla hesterni morbi apparuere vestigia. Antequam ea quæ ventriculum oprimebant per inferiora deturbassem, suffocationis metus affuisset.

DVPL. QVARTANAE.
Obser. 161.

IDem sesquimense vixdum elapso, cum vindemiarum tempore a racemis & musto non sibi temperasset, incidit in febrem duplicē quartanam, cuius & si duos tantū paroxysmos esset perpessus, nihilominus alacritas, hilaritas, quæ in illius animo prius elucescebāt, infuscari videantur mœrore summo; ergo interim dum exhibendi febrifugi tempus adesset, vt melancholicus humor mansuetior paulò redderetur, vrticæ rad. decocto in siti vsus est, iuscula sumpsit alterata rad. scorzoneræ, folijs pimpinellæ, & buglossi, sex vero ante paroxysmum horis, febrifugi g̃, iiij, pruni cōditi frustulo inclusa dedi incauto, multa paulo post per vo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

mitum eiecit, multa per ſeceſſum, & poſtea cum febris non recurriſſet, priſtinæ redditus eſt ſanitati. quot lachrymis diffluxiſſet, quanta tenero corpori vis illata fuiſſet, ſi hoc tentaſſem vulgaribus medicamentis.

FEBR. TERTIAN. CONTIN. Obſer. 162.

VXor mea chariſſima cum in febrem tertianam continuam incidiſſet, a bile, & humore melanch. ſumpſit ſecundo die cholagogi & melanagogi an̄ ℥. viij. racemi acinulo incluſa, quorum ope tam laudanda purgatio peracta eſt, vt tertio die febris multo minor ſolito fuerit, vrina ſedimentum depoſuerit laudatum. Iuſculum mane ſumpſit herbis pimpinell. chicor. hortenſi bugloſſo, & oxalide alteratum, cui admiſcui vitrioli guttulas aliquot, & in potu vſa decocto ligni rhodij cum ſpiritus vitrioli ea copia, quæ ad aciditatem mediocrem ſufficeret: quarto die medicamentum idem purgans repetiui maiori in copia, quod duplo minorem purgationem molitum eſt, nox ſequens fuit inquieta; at quinto die cum obortus ſudor fuiſſet febris diſparuit, phlebotomiā non probaui propter ſummum illius marcorem, maximamq. a natura debilitatem, quódque ad hecticam proximè accedere videtur. Hæc medicamenta purgantia videntur a naturæ

partibus stare, non illi vim inferre, quod fit ab alijs quæ suis impuritatibus non fuere repurgata.

DOLORIS IN VENTRICVLO, *oris amarore &c. Obser. 163.*

ILlustrissima Baronissa d'Vriec apud me conquesta est de ventriculi dolore, oris amarore aliquantulo quæ cum sit hepate præcalido, a bile in ventriculum regurgitante, & ob illius obstructionem ab humore pituitoso bili permisto fieri iudicaui, meamque sententiam confirmauit, cum diceret se iam a multis annis hoc affectu fuisse afflictam, aliquandoque sumpsisse ex Doctissimi medici consilio syrup. de chicor. cum rheo compositum, qui illi vomitum ingentem excitasset, vnde meliusculè habebat. Ergo ad obstructionem hepatis tollendam iuscula herbis idoneis alterata præscripsi, nam qui syrupos, tot apozemata, condita, tabellas ad illos affectus præscribunt, immane quantum hallucinantur: quorsum enim saccharum calidiori hepati emendando, & bili domandæ adhibetur? Galenusne feret? Si contrarijs sint oppugnanda contraria, tenuium partium medicamentis viscosi humores sunt domandi, calidi frigidis; saccharum in calida natura bilescit, calidioresque reddit partes, & visciditate sua capillares hepatis venas obstruit; vide ergo quantum rationi & Hippocratis, & Galeni sententiis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

aduerſentur: non tamen omnino improbo vſum ſyrup. de cichor. purgantis, nam cum purget bilioſos & pituitoſos humores, paruam obſtructionem parit. Sed vt ad rem; ceraſum conditum ipſi dedi, in quo cholagogi g̃. xv. latitabant, & tribus poſt horis iuſculum, in quo diſſoluta eſſet ſalis chriſtallini ʒ. j. ſumpſit; hæc remedia ſine vomitu, non tamen ſine cardialgia aliqua, ſed ſumma cum vtilitate ipſam purgarunt, vt ſuis ad me litteris ſignificauit. Remedia tamen illa hodie criminantur iſti, qui ſua in officina confici talia non poſſe dolent.

CATARRHI &c. Obſer. 164.

VIr grauitate, morum integritate, doctrinaque ſpectatiſſimus D. Pleſſæus Daguerius prouinciæ Blæſenſi præfectus catharrho afflictus tuſſi angebatur, & ἀπόσιτος iam redditus me conſuluit, cui cum multa remediorum genera propoſuiſſem vulgari modo præparatorum, vix ac ne vix quidem eorum facillimum ſe admiſſurum dicebat: Ego ne ſummum virum deſererem abſque remedio, dedi panaceæ g̃, xij. in pilulam conconformatæ & cum extracto frangulæ, guttulaque aniſi olei malaxatæ, quam dentibus atterendam præcepi, ſi integram deglutire non poſſet, ſolum enim aniſi ſaporem præ ſe ferebat: ſequenti ſeſe progredi ſenſim ad ſecundam valetudinem

gnouit. Hoc ſiquidem habet panacea vt omnes humores quacunque ex parte proliciat, & expurget ſine moleſtia.

TENSIONIS VENTRI-culi, aurig. &c. Obſer. 165.

MAthurinus Crouſteau Francillonium agri Blæſ. pagum incolens, temperamento prius ſatis laudato, ad ſiccum & calidum paululum inclinante, annos natus triginta, iam a ſeptem menſibus aurigine, tumore ventriculi, & adeo totius abdominis grauabatur, dolore præterea capitis acerrimo, eoque perpetuo, vigilijs, ciborum faſtidio & ardentiſſima ſiti miſer cruciabatur quæ omnia accidiſſe referebat ab ingurgitata ſub caniculam aqua fœdo luto & animalculis vitiata; multis tentatis, ſine fructu ad me tandem confugit: Illi tabellam vnicam dedi ſub mediam noctem ſumendam ex ſtomachici ℈. vij. & conſeruæ florum beton. ℈. ij. confectam: cuius effectum mirari potuit, cum poſt copioſam purgationem triduo ſe priſtinæ valetudini reſtitutum vidit. at ſi hoc aggreſſus fuiſſem manna, caſſia, rheo, ſenna, turbit, aut alijs eiuſmodi nonne. βοῖ λαγὼν κυνηγετεῖν· viderer?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ASCITIS, LEVCOPHLEGM. Obser. 166.

AGricola Chusiacensis nomine Pothereau iam a duobus annis ascite, & leucophlegmatia languebat ob humores pituitosos vẽtriculo affixos, atque etiam hepatis, & lienis obstructionem a multis cruditatibus factam, quæ nullis potuerant medicamentis imminui, etiamsi multa se sumpsisse ex nescio cuius præscripto assereret, quinimo in dies aluus tumidior euadebat, viresque tam paruas toto in corpore experiebatur, vt vix non titubanti gradu posset incedere: quorundam suasu in valetudinis prosperæ desperatione, me tandem adiit præstititque Deus omnipotens, vt sumpto remedio ex panaceæ vomitiuæ g̃. vij, stomachici g̃. iiij. intra quatriduum incolumis euaserit. Morbi contrarijs expugnantur medicamentis, sed in ea contrarietate cognoscenda, immane quantum hodie peccetur.

ASTHMATIS INAPPETENtiæ, Obser. 167.

VIennensis puella nomine la Dauoyne, annos nata xvi. tanta respirationis difficultate per consensum ventriculi & hypochondrio-

rum

rum, quæ humoribus & biliosis & pituitosis opprimebantur, vt vix animam trahere posset, tantoque ciborum fastidio languebat, vt alimenti deffectu, vires omni ex parte collapsæ apparerent, præ vigilijs perpetuis flaccidæ, & liuentes palpebræ conciderant, morientis denique personam aptius, quam viuentis referebat: Illam curaturus sumere volui stomachici ℥. vij. at non melius habuit, quamuis multa vomitu, multa deiectione sese diceret exclusisse; eodem remedio insistendum persuasi dedique stomachi ℥. viij. in tabellam redacta, quæ ad optatum secundæ valetudinis portum ipsam deduxere. Si medicamentum ad morbi profligationem aptum primo quidem fuerit irritum, non ideo ad aliud est transeundum; qui secus faxit, nec Hippocratis præcepta tenet, nec rationem habet ducem.

ASTHMATIS Obser. 168.

NOtarius Chusiacensis, nomine Mercier annos lxvj. natus cum ob summam ventriculi tensionem in orthopnæam incidisset, a qua pepene strangulabatur, etsi frustra opposuisset tabellas, syrup. ecleigmata, cucurbitulas, & scarificationes scapulis, capiti vero emplastra ἀντεπιπάστικα, a me petiit auxilium, quod persensit sumptis stomachici ℥. viij. racemi acinulo inclusis, nam cum multa per vomitum biliosa simul & pituitosa eiecisset, ante meridiem ab imminenti periculo

fuit liberatus. Quid saccharata nimis glutinosa, ad bilis generationem promptissima, huic morbo proderant.?

LANGVORIS Obser. 169.

Filia N. V. D. de Verneson secretarij Regij Catharina nomine, cum deiecto appetitu langueret, annos nata nouem, biliosa, & vt corpore gracili admodum, & macilento, sic & viribus imbecillis, videbatur in morbum aliquem magnum delapsura, cuius præcauendi causa, exhibui primo iusculum in quo dissoluta erat salis Crystallini purgantis ʒ. j. ter aut quater aluo deiecit biliosa mera meliuscule habuit. Sed cum viderem ab impendenti morbo non satis tutam, aliquot post diebus sumenda exhibui panaceæ g̃, x. ceraso condito inclusa, cuius beneficio ita purgati fuerunt humores noxij, sine vlla molestia, vt cum paucissimi superessent, a natura facile domari potuerint. In cutem enim octo post diebus, ipsi erupere maculæ purpureæ non vnius figuræ, aliæ siquidem oblongæ, aliæ rotundæ, aliæ latæ, angustæ aliæ, sed sine vlla febre, alijsve symptomatis, quæ tertio post die sensim deleri incepeprunt. Quid potuerat fieri commodis ægræ conuenientius, tamen Impostores audent grunnire?

FEBRIS INTERMITT. TERtianæ spuriæ. Obser. 170.

Eiusdem D. de Verneson filius annos septem natus, temperamento ad melancholicum ex

bilioſo inclinante incidit in febrem tertianam ab humore bilioſo, & pituita ſalſa meſenterio ab aliquot annorum ſpatio inſidentibus, vt indicabant lichenes qui multas corporis partes ante obſederant, eodem eſt enim ſæpe & lichenis, & febris cauſa; de tollenda febre cogitans dedi phlegmag. & cholag. añ. ℥. vj. condito ceraſo incluſa, quod mandit ſine vlla medicamenti ſuſpicione, ſubſequentique purgatione effectum, vt ſemel tantum poſtea febris recurrerit, nec lichenes multo poſt tempore reuiuiſcere viſi: ſine illa medicamenti facilitate multi ſuis potius morbis obruerentur, quam quicquam poſſet ingeri.

LASSITVDINIS &c Obſer. 171.

Filius meus in ſpontaneam laſſitudinem inciderat, ἀποσιτίαν; ſitim ardentiſſimam, tamen ſine febre, quæ omnia νόσον ἔφεδρον; hanc vt propulſarem, exhibui panaceæ in mali armeniaci fruſtulo reconditæ ℥. x: medicamentum illo die naturæ ad cutem extruſuræ cryſtallinas puſtulas, variolarum ſpeciem, inducias dedit, immo ſuppetias attuliſſe videtur; nam ante aſſumptum pulſus nequaquam vndoſus erat, qualis deprehenditur cum natura molitur aliquid ad cutem amendare; ergo purgationis loco paulo poſt meridiem breui temporis momento totum corpus fuit iſtiuſmodi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

pustulis variatum, quæ secundo die flaccescebant, tenuis enim materia facile exhalauit; tertio vero medicamentum sub horam tertiam pomeridianam vim suam catharticam prodidit, nam sex horarum spatio quater aluo deiecit pituitosa biliosis mista & corruptissima; quarto, cum eadem toties deiecisset, pristinæ fuit restitutus secundæ valetudini. Si aliud medicamentum in pharmacopolio quæsiissem, ὄινου παρόντος ὄξος ἐρασθῶ πίειν.

FEBRIS DVPL. TERTIANAE catarrho multisque symptomatis comitata Obseruat. 172.

VIr amplissimus D. Daguerius Plessæus Prouinciæ Blæsensis Præfectus post magni itineris confectionem, incidit in febrem duplicem tertianam ab humore bilioso & melancholico, catarrhum, diarrhæam, pituitosam, hæc dolor capitis, & ventriculi, ἀποσιτία, multaque symptomata comitabantur, diarrhææ quod pituitosum humorem e cerebro delabentem exhauriret inducias dandas iudicaui præscripta victus ratione idonea, certus de profliganda illico febre; tandem scilicet quarto die aluus fluere desiit: mearum ergo fuit partium de medicamento cogitare, quod hunc morbum, belluam multorum capitum edomaret, exhibui panaceæ ℈. xj. febrifugi ℈. iiij. acinulo racemi inclusa, quem cum man-

diſſet, ſemel euomuit, & per inferiora ita purgatus eſt, vt ſingulis diebus ad quartum vſque ter vel quater aluo excluſerit melancholica bilioſis admiſta, nec febris ab aſſumpto medicamento recurrerit, omnibuſque tandẽ ſymptomatis euaneſcentibus purgatio ceſſauit, dolor tamen capitis non illico ſublatus, ſed in dies paulatim fuit imminutus: Ventriculi regioni admoui oleum de nuce myriſtica, quater tantum quod illum nimis excalefaceret, ariditatemque ori & œſophago induceret. tam cito curatum dolebat. Inuida maleuolorum turba. ſed illis inuitis τοῖσι θεραπευομένοισι ἡ εὐτυχίη ἕπεται.

FEBRIS QVARTANAE Obſer. 173.

TRinquardi mercatoris Blæſenſis filium annos quindecim natum ad maciem ſummam febris quartana deduxerat, cumque in dies ingraueſcens breui abſumptura videbatur, nam inappetentia ſumma, ſitis inexhauſta, hypochondr. cum duritie tenſio, ventriculi inflatio, ſummaque imbecillitas eam ſtipabant: Illi dedi febrifugi g̃. vij. ſex horis ante paroxyſmum ſumenda, quorum efficacia febris, & reliqui affectus ab illa inuecti prorſus euanuere non culpandi οἱ ἐν τῇ ἰητρικῇ ἀεὶ προσεξευρίσκουσι

ARTHRIDIS, DOLORIS capitis &c. Obſer. 174.

REum Chiuerniaci Dominatus cognitor, nomine Pataut, grauiſſimos capitis ſtoma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

chi artuumque dolores patiebatur, quos cum accendi viderem ab humore biliofo porraceo, cuius fomes erat in ventriculo, & vomitu, & deiectione amoliendos iudicaui; Cholagogi ergo, & panaceæ vomitiuæ an ℈. vij. condito cerafo inclufa fumpfit, quorum beneficio fufque, deque ita purgatus eft, vt humoris illius ne fcintilla quidem refticerit; ipfeque incolumitati reftitutus multum iam tempus fine vllo morbi vmbraculo traduxit. Vomitus quamuis ab antiquis maxime probatus & ad morborum curationem neceffarius, nihilominus calumniæ occafionem fibi fuppeditare putarunt ignari medicinæ, nam illius humoris mediam partem e ventriculo fuis catharticis duodecim vix ac ne vix quidem deturbaffent, at interim potuiffent ne cum dolore inducias pacifci?

IMPETIGINIS FERAE Obfer. 175.

AMpliffimi viri D. Daguierij Blæfenfis prouinciæ præfecti vxor ftatim a partu vexata fuit fera impetigine manus ita exurente, vt febris inde accideret, præfertim fub noctem: cuius morbi origo fcaturiginem habebat ex humore pituitofo falfo, eoque multo & pauco biliofo, illos ergo vt exhaurirem dedi cerafum conditum cui inclufa erant phlegmagogi ℈. xij. cholagogi ℈. v. quorum ope ita purgata fuit, vt nullam inde moleftiam fenferit, alteroque poft die impetigo om-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

ni ex parte euanuerit, adhibito bis aut ter ad impetiginem vnguento a me excogitato tenellis corporibus maximè idoneo quod humorem coniunctum citissime edomet, quodque nullius sit odoris nec corporis partiũ in roseo niueum colorem labefactet. In medicina nil videtur posteris relictum ab antiquis quam vt remedia δραστικώτατα, & personis accommodatissima excogitare possint.

FEBRIS QVARTANAE Obser. 176.

D. Cheminius Blæsensis ciuis quartana febre per annum fuerat vexatus, frustra pharmacopœos & medicos multos consuluerat, alij enim offerebant pilulas, potiones, &c. quas ille sumere non posse profitebatur, alij respondebant, quod & vulgo dicitur, medicos cæcutire in febris quartanæ curatione; omnes tamen hac in re conueniebant illi a meis remedijs cauendum, quod (inquiebant) ex ijs non prosperam valetudinem sibi conciliaret, sed præpropere mortem accerseret: nihilominus illum & morbi peruicacia, & affectuum, quos habet comites, importunitas, eo pertraxere, vt a me suppetias posceret. Hominis temperamentum considerans melancholicum, ætatem iam ad senium inclinantem, iudicaui primum mihi manus conserendas cum humore melancholico mesenterium & lienem obstruente, nam totum hominis temperamentum immutare non aggredior, atrum ergo humorem illum vt fa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

cilius eijcerem, aliquot matutinis iuſcula ſumpſit buglοſſo, oxalide, pimpinella, rad. petroſelini alterata, in quibus diſſoluta erat olei Vitrioli q. ſ. ad aciditatem, victus rationem præſcripſi quæ & calorem mediocrem, & humiditatem exucco iam corpori conciliaret demum ſex ante paroxyſmum horis dedi melanagogi condito ceraſo incluſi ℥. xv. quæ humorem amendarunt melanchol. nihilominus febris hora ſolita recurrit, ſed typum mutauit, nam ex illo tempore in tertianam fuit commutata, quam vt profligarem dedi quinque ante quartum paroxyſmum horis febrifugi ℥. viij. hocque remedio abunde per aluum purgatus eſt, nec poſtea febris recurrit, omniaque ſymptomata euanuere, ad ſeſquimenſem vſque, quo tempore propter nimios æſtus, & labores tres paroxyſmos eiuſdem perpeſſus eſt, ſed præſcriptæ victus rationi obtemperans, illico priſtinæ valetudini proſperæ fuit reſtitutus. In medicina πολλά τε, καὶ καλῶς ἔχοντα εὕρηται ἐν πολλῷ χρόνῳ καὶ τὰ λοιπὰ εὑρηθήσεται. ἤν τις ἱκανός τε ὢν καὶ τὰ εὑρημένα εἰδὼς, ἐκ τούτων ὁρμώμενος ζητέῃ.

QVARTANAE SPVRIAE Obſer. 177.

V. P. Matthæus pariſienſis Capucinus tum in cœnobio Bituricenſi degens febre quartana ſpuria ab humore bilioſo pauco, multo & melancholico & pituitoſo nata laborabat, quæ ἀποσιτίαν ſummam, ſitim, vigilias, totiuſque cor-

poris debilitatem, inuexerat, quibus omnibus vna cum febre vt liberarem, misi febrifugi mei tres doses in tres tabellulas gummi tragacant. admisto conformatas, quarum vnam caperet sex horis ante paroxysmum, reliquas in vsum quem illi meis litteris significabam seruaret: Contigit vt post effectum, febris, reliquique affectus omnino euanuerint. At vero postea, cum medicamentum Catharticum vulgari modo compositum, non satis opportuné & appositè datum sumpsisset, febris recurrit, quam in adurentissimis Februarij frigoribus repetita tabellula profligauit, belleque habuit, vt suis ad me litteris testatus est. hoc remedium a me inuentum, ratione & effectis probatum, ἀπείροις medicis ἐμπ(ε)ιρικὸν videtur, sed qua ratione?

QVARTANAE ITEM SPVriæ. 178.

D. Roncin rerum quæ ad dominatum Freuallensem pertinent, cognitor, medio inter sanguineum, & biliosum temperamento, quadraginta aut plures annos natus, febre quartana ab humorib. bilioso, & melancholico, admista etiam pituitæ portiuncula, in ventriculo, liene mesenterio atque hepate restitantibus, vnde varia in dies symptomata pullulabant, ἀσιτία difficultas respirandi, cardialgia, dolor in renibus, & capite, totius corporis grauitas, summa imbecillitas, vigiliæ, & in febris vigore παραφροσύνη: omnia

Medicorum consilia, vt putabat, tam horrendo morbi portento tanquam Herculis faces Hydræ opposuerat; sed ἀνεμώλιον τέλος non solum erat, verum etiam malum in dies incrementum capiebat, tandem cum Blæsas venisset, meam opem imploranti dedi panaceæ g̃. xviij. armeniaci mali conditi frustulo inclusa quæ mandenda præscripsi pridie quam febris adoriretur dedi etiam febrifugi g̃. viij. armeniaci frustulo recondita, sex horis ante paroxysmum sumenda, quibus peractis pristinam alacritatem, cum secunda valetudine, non sine admiratione biduo recuperauit. & dum me istis vtentem calumniantur nescio qui, nonne ἐρεσχελοῦσιν αἱ κορῶναι αἰετόν.

PRAECAVTIONIS A PESTE & curationis eiusdem. Obser. 179.

MVlier nomine la Gombaud peste correpta suis liberis vt consuleret, a pharmacopœo habuit, potus vt vocant cordiales, factos e theriaca dissoluta in nescio quibus aquis stillatitijs, aut fontana, statim peste omnes occubuere duobus exceptis, puerulo scilicet decenni, & puella quæ iam iam sentiebat crudelissimi morbi iacula: ergo & quod inops non audebat Pharmacopœum adire & quod irritam illius operam fuerat experta, me orat vt numerosæ prolis reliquias seruare conarer: Hoc vt præstarem, febrifugi g̃. vij. acinulo racemi inclusa dedi puellæ, cui pestis iam in inguine bubonem excitarat, & cardialgiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

cum intenſiſſima febre inuexerat; medicamenti effectu ſex horis paracto, febris cardialgia reliquaque ſymptomata euanuere, bubone excepto, paucîſque poſt diebus conualuit. Puerulo vero eiuſdem febrifugi g̃. vj. acinulo incluſa dedi, qui incolumis ad duos vſque menſes fuit ſeruatus, quanuis in frequenti peſte laborantium turba verſaretur prauaque victus ratione vteretur: vnde factum vt duobus poſt menſibus pernicioſiſſimi morbi fuerit perpeſſus inſultum, ſed leuiſſimum, nam nec appetentia ciborum vlla ex parte labefactata eſt, nec vires imminutæ videbantur, febriſque apparuit mitiſſima, inde paucis diebus ad ſecundam rediit valetudinem. Theriacæ, quod ſic vocetur, ſed quod longè aliter, quam Antiquorum doceant præcepta componatur, fidendum non iudico.

PRAECAVTIONIS ET CVrat. peſtis. Obſer. 180.

SVmma pietate ſpectata D. Maria du Pré poſt matris obitum (quæ peſte interierat) rus ſe contulit, vna cum ancillis duabus. ex quibus altera peſte correpta decubuit. Illa ergo cum a me petiiſſet ſui & alterius præſeruandæ rationem, ſanitatis præterea reſtituendæ ægrotanti: Iudicaui non opus eſſe tanta medicamentorum machina, ſolo agendum febrifugo: Itaque tres ad illas mitto racemi acinulos, in quorum vno recondebantur febrifugi g̃. ix. Illumque ægrotanti dicaui; in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

altero erant viij. quem vt ſumeret vetula quinquaginta annos nata imperaui; In tertio recondita erant tantummodo ſex, huncque ſumpſit D. du pré. Quid contigit? Illa quæ tanquam moribunda languebat, ſex horis elapſis ſe priſtinæ valetudini reſtitutam prædicabat aëri libero ſe committere impune audebat, ciborum appetentiam ſibi redditam & re ipſa demonſtrabat, & verbis profitebatur at bubo in inguine magis intumuit minori tamen cum dolore, tandemque diſrupta cute pus effluxit, atque breui omni ex parte illa conualuit. Aliæ vero duæ immunes a peſte ad hunc vſque diem viuunt. Quid obgannitis Vulpeculæ?

PESTIS ITEM Obſer. 181.

HOnoratiſſimæ matronæ D. Bigot filia duodecim annos nata peſte fuit correpta, quæ anthrace in colli parte laterali excitato ſeſe prodebat ſatis, febre inſuper ardentiſſima, multiſque alijs ſymptomatis. Ergo cum rogaret vt quicquid poſſem auxilij afferrem, dedi febrifugi g̃. vj. ſtatim ſumenda, vix horis quinque elapſis febris diſparuerat, conualuiſſe videbatur, at infœlix hauſit iuſculum è lacte confectum, ſtatimque poſt febris reliquaque ſymptomata reuiuiſcere viſa ſunt vt mihi renuntiatum: Itaque decoctum paraui ex rad. cardomariæ, in cuius ℥. v. diſſolui ſalis artemiſiæ ℈iiij, & tepidè hauriret imperaui vt ſudor eliceretur. Interea vero neſcio cuius conſilio aduocatur ille preſbiter, cui apud noſtros cō-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

missa est peste laborantium cura, & censura, ille statim cucurbitulas admouet, scarificationibusque tam profundis & temerariis puellam dilanians, aperuit iugularem venam vnde sanguis erupit tanto impetu, vt nullis admotis coercere postea potuerit, animamq. perendie puella vna cum sanguine effuderit. Huius morbi curatio exercitatissimum aut medicum, aut Chirurgum postularet, potius quam circulatorem, & empiricum.

PRAESER. A PESTE Obser. 182.

EAdem matrona cum sibi timeret, superstiti filio & ancillæ me orat, vt meis medicamentis ipsos a tam diro morbo vindicarem, illis dedi febrifugi q.s. vnicuique, quo factum est Dei omnipotentis benignitate, vt incolumes istam effugerint perniciem.

PRAESERVATIONIS ITEM A peste Obser. 183.

FIlia M. Petri Burdasij procuratoris Blæsensis mihi coniunctissimi, annos duodecim nata, noctis vnius spatio dormiens accubuerat in lecto puellæ peste laboranti, quocirca ne & ipsa eodem morbo corriperetur sumpsit febrifugi g̃. vj. racemi acinulo inclusa, hocque remedio fuit incolumis seruata.

PRAESERVATIONIS ITEM A peste. Obser. 184.

HOnestissima puella nomine la Picaut cum biduo affuisset cuidam peste laboranti me

rogauit, vt aliquo illam remedio præſeruarem; dedi febrifugi ℈, vj. racemi acinulo incluſa, quæ cum ſumpſiſſet, & a me præſcriptam victus rationem obſeruaſſet incolumis perſtitit Dei optimi maximi benignitate, non auſa eſt theriacæ fidere, quod nonnullos illam quaſi naulum Charonti detuliſſe non ignoraret.

PRAESERVATIONIS ITEM A peſte Obſer. 185.

HOc anno 1605 ſub æſtatis initium crudeliſſimè peſtis debacchata eſt in Curium pagum, eaque de cauſa omnes incolæ perculſi: ex quibus ſeptem aut octo ad me miſerunt hominem qui alexiterium ad eos deferret; quorum votis ſatisfeci, cum ad ſingulos dediſſem febrifugi ℈. vj. nullus enim eorum peſte laborauit, & ſi cum peſte laborantibus verſati fuiſſent. Notandum tamen omnino abſtinendum eſſe a lacte, caſeo, venere, fructibuſque horarijs. Et ſingulis bimeſtribus hoc repetendum remedium.

PESTIS Obſer. 186.

FIlius fabri lignarij nomine Raphaelis Petard annos natus decem aut duodecim decumbebat, peſte correptus, quæ illi ſolita pernicie & ſtrangulatione mortem intentare videbatur, bubo enim fauces ita ſtringebat vt animæ ducendæ exiguus ſupereſſet locus. Illi ergo dedi febrifugi ℈. ij. illico exhibenda, tribus tamen horis ab ingeſto alimento; cuius medicamenti ea fuit effica-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

cia, vt bubo duplo magis intumeſcens internis partibus liberioribus relictis ad exteriora fuerit protuſus, & reliqua ſymptomata tam horrendum monſtrum comitari ſolita prorſus euanuerint, lectumque, cui affixus tenebatur, deſeruerit, vt poſtridie in aere libero exſpatiaretur:

PESTIS Obſer. 187.

MVlier in proximis ædibus habitans, eiuſdem morbi ſæuitia diuexata, cum me rogaſſet, vt & illi aliquid ſolatij conciliarem dedi febrifugi ℥. viij. quæ vbi ſumpſit, ſtatim ſe incolumem agnouit.

PRAESERVATIONI A PESTE Obſer. 188.

FAber lignarius, cuius modo meminimus, me orauit vt ſi fieri poſſet & ipſe & vxor incolumis ſeruaretur a peſte, hoc Deus omnipotens conceſſit, cum vterque ſumpſiſſet febrifugi ℥. vj. ſi ab antiquis inuenta medicamenta hodie tam parum fideliter componantur, vt fœlici careant ſucceſſu, quidni ad alia tranſibimus?

FEBR. TERTIANAE SPVRIAE Obſer. 189.

D. Iuonetus Electus Regius correptus fuit febre tertiana ſpuria ex multa bile paucaque pituita iamque tres paroxyſmos ſenſerat, cum a me accepit febrifugi ℥ vj. quatuor horis ante paroxyſmum ſumenda, quorum ope cum ingentem bilis copiam euomuiſſet febris non recurrit, ſta-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

timque pòst prosperæ valetudini se redditum ipse profitebatur. Hoc medicamenti genus vt candidi animi virum in sui admirationem adducere, sic & inuidum ad disruptionem potest adigere.

FEBRIS CONTINVAE POST longum variorum symptomatum seriem Obser. 190.

ILlustris Baro Vriecensis iam a duobus mensibus catarrho, asitia, lassitudine spontanea languebat; tandem cum monuissem a morbo breui nascituro cauendum; me rogauit vt occurrerem præfatus se nihil ex pharmacopolio admittere posse. Attamen purgandus erat, quid fecisses pharmacopolista? de manna exhibenda cogitasses, aut tabella diacarthami, aut de diacrydio immiscendo fortasse iusculo. Sed manna ne crassa viscidaque phlegmata eduxisset? quantum incendium excitasset diacrydium corpori ingestum calidissimo? diacarthami præcipuas habet vires ab immisto diacrydio, atque vt ex medicamentorum efficacia gloriam aucupetur pharmacopæorum pars maxima illud maiori in pondere miscet quam descriptio postulet. Illi ego medicamentum confeci ex cholagogi, & phlegmagogi ℥ viij. armeniaci mali conditi frustulo inclusis, quæ ad eum misi, præterea educendum sanguinem præscripsi. At vero cum illi non adessem distulit medicamentum in aliquot dies, neque fors sumpsisset nisi febris tertiana continua fuisset illum aggressa, pribris

mo ergo febris die medicamentum ingeſſit nimis intempeſtiue, illo die aluus decies ſoluta fuit, ſequenti ſexies, nihilominus ſibi ſanguinem detrahi voluit, ſed aperta vena vix vnciæ quatuor ſtillauere, eo die anadyploſis febris fuit acerbiſſima, tum accerſor, ſub horam ſecundam pomeridianam aduenio, erat enim Montrichardij duodecim a Blæſis milliaribus diſſiti, illo die iam quinquies aluum ſe deieciſſe refert, pulſum attrecto, validiſſimum deprehendo, omniaque longe meliorem in ſtatum prouehi animaduerto, vrina ſatis erat laudata, vomitus illi ſolus tum moleſtiam afferebat, ſed cum deprehendiſſem a nimio potu ingeſto excitari, febrimque intendi ob aſſumptum aſſiduè vinum; ab hoc cauendum monui, illumque imminuendum. quocirca & vomitu ſedato, febrique paucis horis imminuta, prædixi alui fluxum prius non deſiturum, quam ſecundam illi valetudinem reddidiſſet, quod breui futurum pollicitus fui; nec ſpes euentu fruſtrata, nam quinto die cibi appetentia reſtituta eſt, febris euanuit, aluuſque tantum ſemel, vt ante ſolebat fluere incepit. Nonne eiuſmodi medicamenta cum delectu purgant, quæ intactis viribus non affatim, ſed paulatim humorem morbificum expellunt?

FEBRIS TERT. SPVRIAE CVM cardialgia vomituque perpetuo Ob. 191.

NObiliſ. Iuuenis D. Sandionyſianus laborabat tertiana ſpuria intermittente, quæ ne

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

per horæ quadrantem illi inducias dabat, aderat perpetua cardialgia, frequens cardiogmos, & vomitus, dolorque maximus in ventriculi regione, ad eum vocatus petiui, breui ne fanari vellet, an per longas medicamentorum vulgari modo præparatorum ambages aliquot hebdomadum ſpatio languidus errare, nam ſciolus aliquis me præſente effutiebat multa de medicamentis illi præſcribendis, ſcilicet apozematis ante & poſt purgationem ſumendis, de phlebotomia, deque ſyrupo magiſtrali, at cum tantus imbellium militum exercitus ægrotanti non arrideret, me orauit vt quam citiſſime poſſem ex arte medica curarem. Itaque illi dedi febrifugi g̃ viij. racemi acinulo incluſa, quæ cum mandiſſet ſex ante paroxyſmum horis vomitus, vt ante ſolebat, recurrit, ſed & multa deiectione cum excluſiſſet, cardialgiæ impoſitus finis, febriſque longè mitior & breuior ſemel rediit, aut iterum ſolummodò, at deinceps euaneſcens illum priſtinæ reſtitutum valetudini reliquit. Crepent licet inuidi, quotieſcunque ægrotantium ſaluti conſulere cito, tuto, & iucunde maluero, quam inhiantibus lucro quibuſdam ſupparaſitari.

FEBRIS DVPLICIS QVARTANÆ ſpuriæ. Obſer. 192.

D. du Byſſon venationum Blæſ. ſubpræfectus, me abſente fuit febre tertiana ſpuria

vexatus ab humore biliofo pauco multoque melanchol. alios pharmacopola non impiger confuluit; præfcribitur ergo medicamentum purgans, quod huius loculis potius quam ægrotantis morbo prodeffet, nam vt illud affumpfit multo vomitu difcruciatus fuit, purgato humore biliofo, & tenui, craffior melancholicus remanfit intactus; ergo cum non melius haberet, perfcripta fuit phlebotomia at fucceffit ftatim febris duplex quartana, quam nullis remediis expugnare fuerunt aufi, prognoftico facto, *morbos* fcilicet *longos foli naturæ committendos*; ille morbi fæuitia, & prognoftici afperitate anxius Blæfas fe contulit, vt me confuleret, fumenda ergo dedi melanagogi & phlegmagogi añ. ℈. x. febrifugi ℈. iij. armeniaci mali conditi fruftulo latentia quo nulla cum moleftia humores fuerunt repurgati, meliufque habuit; vtque natura citius fe fe expediret ab humorum crafforum infartu, fumpfit bis die iufculum alteratum rad. petrofel. foliis pimpin. bugloffi & aliquot guttulis fpiritus vitrioli; hifque paucis diebus conualuit. Et efficiant æmuli vt mihi prohibeatur remediorum illis incognitorum vfus?

DOLORIS CAPITIS, VENTRICULI febris lentæ &c. Obfer. 193.

IOhannes Ferragu viculum habitans la Rangere, me orauit vt puellæ mederer febre lenta, dolore capitis, ftomachi, & pedum tumore languefcenti,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

illi dedi ſtomachici ℥. viij. quibus aſſumptis bi-duo aut triduo omni ex parte conualuit. Et dum tam citò, tutò, & iucundè morbos profligo, me ab officio medici recedere garriunt æmuli.

CARDIALGIAE &c. Obſer. 194.

IDem aliquanto poſt tempore ad me rediit, orans vt & ſuppetias ferrem mulieri cuidam nomine Iohannæ Boncyne habitanti pagum dictum Teſee, angebatur illa cardialgia, ſiti, oris amarore, &c. ſumpſit ergo Emetici ℥. v. vixque dies elapſus fuit, cum ſe ſe valetudini proſperæ redditam vidit. Quid epithematis profuiſſem, aut cardiacis electariis.

LEVCOPHLEGMATIAE Obſer. 195.

ANcilla ſeplaſiarij Blæſenſis nomine Bouchet in tumorem totius corporis incidit ob errorem ventriculi crudiorem chylum facientis, propter crudorum in illius fundo congeſtionem, priſtinæ valetudini reddita eſt ſumpto ſub mediam noctem racemi acinulo, cui incluſa erant ſtomachici ℥. vj. quorum effectu accidit, vt qui œdematoſam illius faciem intuiti tanquam illico moribundæ miſererentur, poſtridie tam cito curatam mirati fuerint. Hoc quis alio conſequetur medicamento?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

CARDIALGIAE VOMITVS, febriſque lentæ Obſer. 196.

RVſticus nomine Touſcheron incola viculi, quem Villafoletium vocant, tremebundus, & mœrens a me popoſcit vt vxori periculoſiſſime laboranti ſuccurrerem, hæc enim tanto cardiogmo angebatur, vt ne cochlear vnum iuſculi admittere poſſet, quin protinus euomeret, ſumma inſuper cardialgia deficiebat, ſitis fauces exurebat, amaror ſummus linguam & palatum obſidens impediebat alimenti acceſſum, febriſque aderat lenta, illi dedi febrifugi, ſtomachici, & emetici añ ℈. ij. ceraſo condito incluſa, quæ mandit ventriculoque per inferiora & ſuperiora purgato, ad ſanitatis limen reuerſa eſt ante veſperam. Qui terminos obſoletæ praxis excedere non ſibi licere, & nil niſi ex præſcripto præſtare ſe poſſe gloriantur, clyſteribus agendum ſibi ſtatuiſſent, vt aliquid feciſſe, ſi non profeciſſe viderentur. Ego ſaluti miſeræ conſulere malui.

ORTHOPNOEAE Obſer. 197.

MVlier nomine la Meſtiuier, Viennam Blæſ. ſuburbium incolens, annos nata quinquaginta, temperamento melancholico, & corpore admodum macilento, orthopnœa laborabat iam a quindecim diebus, tanta vt breui interitura vi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

deretur, nam nec animam trahere, nec quicquam cibi intrudere poterat, illius misertus stomachici ℥. viij. phlegmag. ℥. vj. sub mediam noctem do sumenda; ante meridiem sequentem lecto incumbens in vtramque aurem dormire incepit, sumptoque alimento vires suas recrearit, & biduo ita conualuit vt nil desiderari posse videretur, præter virium restaurationem, quæ tam breui temporis spatio fieri non potuit. Si opulenta fuisset aliqua, ingenti pretio mortem sibi emisset, magnificoque medicamentorum apparatu illam excepisset.

CATARRHI IN ARTICVLOS, decumbentis Obser. 198.

FIlia D. Auenetæ arthritico patre genita, quindecim annos nata, temperamento calido & sicco, incidit in diros pedij, genuum, & alterutrius carpi dolores ab acida pituita, & bile sed pauca, quocirca sanguinem misi primo quo inuisi die, qui erat. Sextus morbi; secundo purgaui phlegmag. ℥. xv. frustulo mali armeniaci conditi inclusis, dolentibusque partibus aquam antipodagricam admoui, vnde factum vt ante triduum conualuerit. Absit vt in remediorum efficacium perquisitione vnquam torpere me cogat inuidorum conspiratio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

FEBRIS DVPL. TERT. CONtin. Obser. 199.

FIlia M. Iohannis Burdaſij procuratoris Blæſ. tres annos nata febre duplici, tertiana, continua laborabat a multa pituita & bile corruptis, illi præterea aderat magna, frequenſque cardialgia, ſitis ardentiſſima, cibique faſtidium, quod indicabat ventriculum oppleri multis cruditatibus bilioſumque humorem affuſum; itaque vt illi primo conſulerem, totius tamen habitâ etiam ratione, dedi panaceæ g̃. iiij. ſtomachici, & febrif. añ. g̃.ij. ceraſo condito incluſa. his tam fœliciter purgata fuit, vt febris, reliquaque ſymptomata fuerint imminuta; vt autem reliquias profligarem quatuor diebus vſa eſt in ſiti decocto rad. filicis maris, & vrticæ, demumque ex hibui catharticum, conſtans phlegmag. g̃. viij. cholag. g̃. iij. cuius effectum excepit ſecunda valetudo. quod factum non fuiſſet, ſi remedia quibus vtor maligna (vt mentitur pecus auarum) eſſent.

DYSENTERIAE Obſer. 200.

MArgareta Rondin Centenæum pagum incolens, grauida v. menſibus, dyſenteria tam graui laborabat vt partus ſuerit excuſſus, febris continuo illam crudeliſſimè adorta eſt, dyſenteriaque in dies magis ſæuiebat, tandem quinto a

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

partu die a me accepit auri vitæ ℈. xx. quibus humor morbificus ita fuit exclusus, vt statim a doloribus fuerit liberata, pristinæque restituta valetudini. εὐφορία ægrotantis optimæ purgationis elenchus.

LANGVORIS *Obseruat.* 201.

NObiliss. D. de Cingé annos nata quindecim, temperamento melancholico, longis morbis toto vitæ curriculo vexata, præcipue maxima lienis obstructione, tandem cum cardialgia langueret, & apositia, a me accepit catharticum ex melanagogi ℈. xv. armeniaci mali frustulo, immistis, cuius beneficio humores iamdiu illius in corpore pertinaciter stabulantes eiecti fuerunt sine vllo molestiæ sensu. etiamsi medicamentorum quæ inuenit antiquitas cognitionem nostri seculi hominibus non eripuisset cùm auaritia ignorantiaque pharmacopolarum tùm medicorum inertia, tamen illi qui in medicinam nouis ratione duce inuentis ditandam incumbunt ferendi viderentur.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Index.

A

C

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

D

F

G

H

I

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

L

M

O

P

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Q

R

T

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

FINIS.

ERRATA.

PAg. 3. lin. 12. lege *vno* 17. *vino*. 5. 11. dele *ā*. 6. 4. *Tertianæ*. 13. 21. *Obstructione*. 14. 5. *Stomachici &* 29. *perpendentes*. 15. 14. *Borboriquus*. 20. 1. *vnaque*. 7. *pleuritis*. 23. 21. *rebellia*. 24. 2. *pannaceæ*. 25. 25. *stomachici*. 26. 2. *Carnotensis* 27. 2. *medicorum*. 9. *anisi*. 29. *exacta*. 28. 8. *cessura*. 31. 18. *Michael*. 32. 21. *eodem*, 33. 9. *imminere*. 36. 3. *genu*. 37. 20. *spontanea*. 41. 24. *potitus*. 42. 29. *præcepi* 48. 15. τ8̃ 57. 2. *præcepi*. 54. 7. *petiit*. 56. 1. *gratißimum*. 59. 11. *combustos*. 70. 13. *habere*. 73. 8. *obstructo*. 77. 5. *purgante*. *ead*. 14. *Intumescentes*. 85. 6. *errhino*. 89. 18. *repente*. 93. 9. *redirē*. 95. 22. *concilium*. 96. 1. *inflammationis*. 98. 7. *Palmamque*. 100. 8. *sibi*. 15. *aeri*. 27. *in diem*. 104. 12. *inflationis*. 109. 11. *corporis* 21, *annuam*.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

21: 10
10 15
3
12
9
12
12
11
12
11
11 8
7

141: 13
8 7

150 6

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A

172

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5424/A